Ce registre est le 2e après les nos 47
il renferme de 1769 au 30 juin 1773

ARCHIVES
52



GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Premier

Nos Universitatis Parisiensis Rector hunce Commentariorum academicorum Codicem centum et triginta duo folia, seu ducentas et sexaginta quatuor paginas, continentem, quo noster utatur scriba, recognovimus, appositaque nostra Syngrapha approbamus.

Hamelin
Rector

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Acta
Commentarii et Conclusiones
almæ Universitatis
Parisiensis.

Codex inipit mense Januario anni millesimi septingentesimi sexagesimi-noni, Rectore M. Paulo Hamelin, antiquo Dormano-Bellovaci Primario, et Universitatis Bibliothecario: M. Guidone-antonio — Fourneau, Scriba.

Anno dni millesimo septingentesimo sexagesimo-nono, die septimâ mensis Januarii, habita sum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis consederunt M. Paulus Hamelin, Rector; M. Josephus Xaupy, Theologicæ, M. Philippus Lalourcey, Juridicæ M. Ludovicus-Petrus-Felix-Renatus de Thieullier Facultatis Decani: M. Petrus-Carolus Berthelin, Nationis Gallicanæ, M. Alexius Doublier, Picardicæ: M. Marius Maupas, Normanicæ, Locum-tenens M. Duval ejusdem Nationis Procuratoris, M. Joannes Sarelly, Germanicæ Procuratores: M. Franciso-Nicolao Guerin, Syndico, seu Procuratore-Generali: M. Guidone-Antonio Fourneau, Scribâ, M. Michaële Francisco Le Bel, Quæstore Generali. 7. Januarii.

1° Supplicarunt pro Litteris nominationis, juro Magisterii Artium et quinquennii, MM. Arnaldus Constantinus de Sinety, Presbyter Massilinus; Jacobus-Michaël Asselin, Presbyter Rothomagensis; Rochus-Ludovicus Le Goute, Diaconus Nivernus, de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierant, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus-

mi Lil desid-

nihil desiderari; audito Syndico, Placuit, suis praefatis supplicibus postulata concedi./.

2°. Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3°. Quod dicit M. Berthelin, Gallicae Procurator, a Natione suâ sibi mandatum fuisse, ut praesentibus in Comitiis ejusdem Nationis Conclusionem legat de Minorum Collegiorum alienationibus, et Majorum illustratione; Lectâ Conclusione, audito Syndico, Placuit dictam Conclusionem in Commentarios Universitatis referri, ac de eâ Singulos ordines Academicos consuli./

Et ita concludit ampl. Rector./

Rector

Conclusio honorandae Gallorum Nationis.

A. R. S. D. P. O. P. A: Hodiè in Comitiis honorandae Gallorum nationis retali conclusiones ultimi Tribunalis Academiae circa venditiones vel alienationes aedium vel fundorum, ad Collegia minora, ut aiunt, exercitii pertinentium, et Institutum ab uno ex Clarissimis Collegii Ludovici Magni Administratoribus paratum de disciplinâ eidem Collegio praescribendâ, et sic censet honorandus Ordo./.

1°. Omnes tribus maximas habent gratias amplissimo Rectori ob indefessum studium quo Universitatis jura tuetur ac defendit./.

2°. Ampl. Rectorem rogant omnes Tribus, ut quando ipsi, propudentiâ, visum fuerit, sine jure gaudendo velit gymnasia invisere; ibique inquirere tum de singulorum Collegiorum reditibus, tum de disciplinâ quae in illis viget atque observetur./

Die Sabbati 7ª mensis Januarii, anno R. S. H. 1769.

Signatum, Berthelin, Proc. hon. Gall. Nat./.

Burneau
Scriba.

28. Januarii. Die Sabbati vigesimâ octavâ ejusdem mensis Januarii, ampl. Rector et praeclara Artium Facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam Divi Caroli Magni, in Regiâ Navarrâ celebrari solet, ex institutione Caesaris Egasse Duboullay, Artium Rectoris, et Fidelissimi, dum viveret, Universitatis Scribae./.

30. Janu. Die Lunae trigesimâ ejusdem mensis, Majores Universitatis officiarii cereos, pro more, Minoribus Magistratibus, Universitatis nomine, detulerunt./.

31. Jan. Die trigesimâ primâ Januarii Amplissimus Rector, —

Decanis

1769 Januar- Febr.

Deus.

Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis Majoribus omnibus que apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo Principi Aurelianensium Duci, Illustrissimo Francie Cancellario, singulisque supremarum Curiarum Principibus. Abfuerunt Illust. Parisiensium Archi-Episcopus, et Illust. Subsidiorum Curie Princeps.

1° Februarii

Die primâ mensis Februarii, iidem amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis Majoribus, omnibus que apparitoribus, Versalias se contulerunt ibique cereos Regi et Delphino obtulerunt. Amplissimus Rector Universitatis nomen, et quam ipse sibi jam ante fecerat facundie famam egregiè sustinuit, apud singulos habuit orationes rei litterarie Principe dignas.

Fourneau
scriba.

3° Februarii.

Die Veneris tertiâ ejusdem mensis Februarii, amplissimus Rector, et Preclara artium Facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris Academicis vitâ defunctis, apud Fratres Predicatores.

Fourneau
scriba.

4° Februarii.

Anno dni 1769, die quartâ mensis Februarii, habitus fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni.

1° Supplicarum pro litteris Nominationis, que Magisterii artium et quinquennii, M.M. Petrus Debour, Subdiaconus Parisinus; Joannes Baptista Michaël ouvrard, Presbyter Cenomanensis; Nicolaus Hieronymus Le Couturier, Presbyter Parisinus; Petrus Lainé, Subdiaconus Engolismensis; Germanus de Beauvais, Presbyter ambianensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore, cateraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: audito Syndico, Placuit, sua prefatis supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt que fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3° De opere novo, cui titulus est, Traité de l'Elocution Francoise, en Dictionnaire, quod in lucem edere parat

J. C. de Moudre

Februar

Nominati sunt, M. Josephus Xaupy, Theologicæ facultatis Decanus, et M. Petrus-Carolus Berthelin, Galliæ Procurator, qui præfatum opus expendant, ac de eo ad proximum Tribunal, referant./

4° Lectæ, approbatæ, et ab omnibus Deputatis subsignatæ sunt rationes accepti ab integerrimo Quæstore, et expensi per decursum anni 1767, ad præmia Academica. Auditâ Rationibus Compertum est superesse ex accepto summam undeciés centenarum et sex libellarum, cum undeviginti assibus et octo denariis; quam summam placuit inter manus prædicti Quæstoris manus relinqui, in sumptus ordinarios impendendam./

5° Indicta est integerrimo Quæstori dies vigesimâ-octava hujus mensis ad audiendas rationes accepti et expensi pro Universitate, per decursum anni 1767./

6° Quòd retulerunt Sapientissimi Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani, ornatissimique quatuor Nationum Procuratores consultos à se suos ordines de Lustratione Collegiorum postremis in Comitiis nomine Gallicanæ nationis proposita. Censere 1° Lustrationem esse faciendam, juxtà statuta. 2° de tempore quo Lustrationes Collegiorum fieri debent, rem esse permittendam prudentiæ amplissimi Rectoris, et Tribunalis Academici; quodque dixit ornatissimus Normaniæ Procurator Nationem suam habere in votis, ut Lustrationes fiant, juxtà statuta ante ultimam reformationem condita; Re in deliberationem missâ, audito Syndico, ex pluralitate suffragiorum Dictum est servandam esse laudabilem consuetudinem, ut lustrentur Collegia, juxtà statuta; improesentiarum diem non esse indicendam, sed rem esse sequentium Comitiorum deliberationibus remittendam./

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Hamelin

Rector

Anno Dni 1769, die habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium Facultatis ad Concursum; in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis fuerunt ipse ampl. Rector, M. Paulus Hamelin; M. Berthelin, Galliæ, Boutillier Picardiæ, Maupas Normanniæ et Farelli Germaniæ Procuratores; Deputati à Gallicanâ Natione, M. Mouton, Professor Emeritus, et Cogeo Eloquentiæ Professor, in Mazarinæo; à Picardicâ MM. Sencier et Turquet, Emeritus uterque; à Normanicâ M. Sanson, Litterarum Professor in Regiâ Navarrâ, et M. Desmares, Licentiatus Theologus; à Germanicâ M. Macdonogh, Philosophiæ Professor in Sorbonæ Plessæo, et M. Saint Joirre, humanitatis Professor in Marchiano: M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, et M. Guidone-Antonio Fourneau, scribâ./

1769. Februar

1° Nominati ex singulis Facultatum ordinibus duodecim Magistri, inter quos Illust. Senatus princeps, cum Procuratore Catholico et Oratoribus Regiis seligant quibus concursus mense aprili incundi quodicium committatur.

Ex ordine Philosophorum MM. Vallette Le Nevue, Bastet, Turquety, Georget, Gallé, Roussel, Girault de Koudou, Lettrieu, de-Frasne, Billard, Lange et Beguin./

Ex ordine Rhetorum; MM. Lallemant, Senuer, Dageumer, Le Beau, Lambert, Genien, Querelles, Le Bel, Mouton, Mattoc, Vicaire et Sanson.

Ex ordine Grammaticorum, MM. Dair-Major, Maupas, Gaudet, de Sarmenerie, Le Seigneur, Bouillet, Cafaxo, Binet, Le Vasseur, Cousin, Hüy et Labour./.

2° Recensitis Doctorum in artibus Aggregatorum Nominibus, Compertum est Supereste

In primâ classe, quae est Philosophiae, iis qui duos et viginti annos expleverint, Loca decem./.

In secundâ classe, quae est Rhetoricae et humaniorum Litterarum, iis qui viginti annos expleverint, Loca octo.

In tertiâ classe, quae est Grammaticae, iis qui septem decem et octo annos expleverint, Loca Sex./.

3° Indicta est dies Lunae decimâ Septimâ aprilis ad aperiendum Concursum./

Et ita concluxit ampl. Rector

Rector

Die vigesimâ primâ apud Maturinos, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis, in Col. Lud. Magni ad aperiendum rotulum: audito Syndico, Illaut aperiri rotulum pro more Majorum./. Fourneau vicar. 21. Februarii.

Anno dni 1769, die vigesima octavâ Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni ad expiendas Rationes accepti et expensi ab Universitatis Quaestore, per annum 1769./. 28. Februarii

Auditis, probatisque Rationibus, Compertum est Hypothecae ex accepto Summam undecim mille libellarum cum centum et quinquaginta octo Libellis, decem assibus, et octo denariis; quam Summam Placuit inter praedicti Quaestoris manus relinqui in sumptus ordinarios impendendam./.

Et ita concluxit ampl. Rector

Rector

Anno dni 1769, die quarto mensis Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni, in quibus M. Crassous Juriam Decani, et M. Mestrel, Normaniae Procuratoris Locum tenuere./

1°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis, pure Magisterii artium et quinquennii, MM. antonius Chappel de la Salle, Sub-San florensis, Jacobus-Maria Dumay, auglikus Coniopitæus; Jacobus du Four, Presbyter Burdigalensis, Joannes-Baptista mont-Mignon, Presbyter Suessionensis; de quibus retulit M. Franciscus-nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: Audito Syndico, Placuit Suæ præfatis Supplicibus postulata concedi/.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3°. Auditâ relatione M. Xaupy, Theologiæ facultatis Decani, et M. Berthelin, Gallicanæ Nationis Procuratoris de opere, cui titulus est Traité de l'Elocution francoise en Dictionnaire, Audito pariter Syndico, Dictum est Libellum quendam exemplo ab autore edita prius emendandum ac delendo esse, quam opus illud, ita in multis laudandum sit, ab Almâ Universitate approbetur, et Academicæ Juventuti commendetur/.

4°. Ad diem decimam quartam hujus mensis indicta sunt generales Universitatis Supplicationes/.

5°. Quod dixit M. Michaël franciscus Le Bel, Universitatis Quæstor, se ab aliquibus Vulgalium censualium debitoribus accepisse summas aliquas quæ fuerant à M. Paulo Baselin, nunc Rectore Amplissimo, cum ipse Quæstoris partes ageret, et Universitati rationes redderet in se susceptæ, et inter susceptorum articulos superioribus annis ab eodem recensitos; quod que idem petiit hujusce declarationis suæ actum; Audito Syndico, Placuit Quæstori dari actum quem petit/.

Et ita conclusit Ampl. Rector,

Baselin

Rector

14. Mart. Anno Dñi 1769, die decimâ quartâ mensis Martii, habita sunt Centuriata Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici Magni, ad Sacras Supplicationes/.

1°. 1°. In aulâ Tribunali Academiæ confessum est, ubi Supplicavit pro Litteris Nominationis, pure Magisterii artium et quinquennii, M. Petrus-Adrianus Le Maître, Subdiaconus Rothomagensis; de quo retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore, cæteroque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in

GEN DE PARIS

quibus nihil denegare audito syndico, Nauci, suum prof. supplici postulatum concedi /.

2° Inter manus ampl. Rectoris solitum præstitit sacramentum novus Librarius à M. Babuty præsentatus, Joannes Petrus Costard, Parisinus /.

Item est deinde in Comitium, ubi post habitam ab ampl. Rectore orationem, omnes ordines Academiæ rata et grata habuerunt, quæ gessit in suo Primatu magistratu; ipsique decreverunt Litteras Commendatitias: amplum que postridie sunt Comitatum ritè præcedenti ad Edm Deo sacrand. sub invocatione S. Jacobi de Macello /.

Pontificem egit M. Caupy, Theologiæ Decanus, Oratio=nem sacram habuit ad populum M. Rebours, Doctor Theologus; Eucharisticam ad Pontificem M. Bourgeois, Grammaticæ Professor in Coll. Lud. Magni /

Et ita concluxit ampl. Rector /.

Rector

Anno dñi 1769, die decimâ-octavâ mensis Martii, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni. 18. Martii

Post habitam ab amplissimo Rectore Oratiomem, factâ sup=plicandi potestate supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi codices Philosophicos Henricus Colomby, clericus Parisinus, de gravem oculorum imbecillitatem, quam scripto testatum M. Bernard, Doctor medicus Parisiensis, et Franciscus Ludovicus d'Haeg Sitz, ob assiduos stomachi et capitis dolores, testante M. de la Faussiniere, Doctore medico Parisiensi /. Colomby d'Haeg Sitz

Deinde lectus est Libellus Memorialis, seu Catalogus Profes=sorum, quos Supremi Magistratus, communicatis cum amplissimo Rectore consiliis, nominaverunt in Judices concursûs hoc anno in præclara Artium Facultate ineundi /.

Audito de supplicibus M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Amplissimus Rector dimisit nationes, ut de iis deliberarent; tum de confirmatione Quatuor-Virorum, ac demum de rati=habitione eorum quæ gessit /.

Nationes dimissæ deinde regressæ per ornat. Procurat=ores retulerunt. 1° se indulgere supplicibus. 2° confirmari à le Quatuor-Viros manè electos, scilicet, in honorandâ Nation M. Mayet, Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ M. Blondeau, Grammaticæ Professorem in Cardinalitio: in Venerandâ, M. acher, Licentiatum Theologum, Philosophiæ nuper Professorem in Lexovio; in Constantissimâ, M. Ahernes, Philosophiæ Profes=sorem in Regiâ Navarrâ. Fraterea tres Nationes, Gallicana, Picardica et Germanica rata et grata habuerunt quæcumque

gessit

Martio

ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, eoque nomine ipsi decrevere Litteras Commendatitias./.

Quatuor viri praestito inter manus amplissimi Rectoris, Sacramento Conclave subierunt; unde digressi per Mgrum Mayet retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro Amplissimo DD. Paulo hamelin./.

Quae prorogatio à tribus Nationibus, Gallicanâ, Picardicâ et Germanicâ statim Laudata et confirmata est./

Et ita conclusit ampl. Rector/

Hamelin
Rector

Liste des juges du Concours, choisis et nommés conformém.t et en execution des Lettres Patentes du 10. aout 1766, registrées en la Cour le 20. des memes mois et an, et de l'art. 18. du Reglement attaché sous le contrescel d'Icelles.

1.e Classe, pour la Philosophie./

MM. Turquet, Georget, Vallé, Rousset, Lettrier, et de Frasne./.

2.e Classe, pour la Rhet. Seconde et troisieme.

MM. Lallemant, Sencier, Le Beau, Lambert, Le Bel, et Mouton.

3.e Classe, pour la Grammaire, 4.eme, 5.eme et 6.me./

MM. Genien, Quervelle, Dair Major, Maupas, Gaudet, et Cafaxe./

Fait à l'hotel de M. Le Premier president le vingt deux fevrier, mil sept cent soixante neuf. Signé D'aligre, Seguier. Joly de fleury, Barentin, Joly de fleuri/

Conclusio Venerandae Nationis/.

Praeclarae Artium Facultatis Decreto, die 24. Junii anni 1767 Lato, Rectore Magistro Maltor, cautum est, ne ex aerario, inconsultis ordinibus, ulla pecuniae summa depromeretur, pro reparandis et exornandis officiariorum aedibus; ideoque sibi gratum non esse declarat Venerandus ordo quod tam recentis Decreti ordinum Deputati immemores, suum ordinem, antequam pecunia solveretur, non consuluerint.

Postulat ipsum ne in posterum praesumat vir academicus quâcumque de causâ, ullam aedium academicarum aut reparandarum aut exornandarum descriptionem offerre Illustrissimo Regii aerarii administro, nisi prius illa delineatio visa et approbata fuerit ab academiae ordinibus, quorum est statuere, num istiusmodi impensae expediant./.

Postulat insuper ne ullus deinceps Augustissimo Regi Libellus offeratur, nomine Universitatis, neque fiat juris publici, nisi dictus Libellus, prius ordinum approbatione munitus fuerit./.

Die 18. Martii 1769. horâ decimâ. ita conclusi. Signatum. Sanson./.

Fourneau
Scriba/

Aug.

1769. Martio - Aprili

Anno dni 1769, die Jovis Trigesimâ mensis Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia Deputatorum praeclarae Artium Facultatis, ad eligendos binos è singulis ordinibus Judices, qui de Candidatorum ad proximum Concursum contendentium moribus inquirant, et ad proxima Comitia referant. 30. Martii

1°. Auditus est de Candidatis M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus; qui dixit sistere se ad primum ordinem decem Candidatos, ad secundum, quinque; ad tertium septem: singulorum nomina recitavit, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; nisi quod M. Josephus Le Tourneur, Presbyter Constantiensis, litteras nondum exhibuerit, et M. Claudius Mallet, clericus Parisinus, tempore praefinito testimonia non protulerit. Praeterea dixit idem Syndicus, tres è Candidatis, MM. Franciscum Poirot, Presbyterum Tullensem, Martinum Mayet, Presb. Bituricensem, et Joannem Carolum Lambin, Caudunensem; ante aggregationis institutionem in gremium Nationum cooptatos postulare immunitatem ab utraque posteriori exercitatione. Audito Syndico, Placuit nominari Deputatos, qui de Candidatis eorumque postulationibus inquirant, ac de iis ad proximâ Comitia referant. Nominati sunt, pro primâ Philosophorum Classe, MM. Lettrier et de Frasne; pro secundâ Rhetorum, M. Mouton: pro tertiâ Grammaticorum, M. Cafaxe./.

2°. Inter Deputatorum manus tradita sunt singula instrumenta ad concursum requisita./

Et ita Conclusit ampl. Rector/

Bauvelin
Rector

Anno dni 1769, die primâ Aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in quibus primùm consederunt novi Normanniae et Germaniae Procuratores. M. Ludovicus Sanson, litterarum Professor in Regiâ Navarrâ, et M. Nicolaus Jacobus Cafaxe, Grammaticés Professor in Marchiano./ 1°. April.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium ac quinquennii, MM. Josephus Charfoulot, acolythus Parisinus; Adrianus Laurentius Bruslé, Presbyter Constantiensis; et Josephus Le Tourneur, Presbyter Constantiensis; de quibus retulit M. Franc. Nicol. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua Praef. supplicibus postulata concedi./

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus

in Comitiis

Aprili

acta et Statuta, in Comitiis /.

3° Ad Tribunal academicum accessit Vir honestus M. Jorque de Cerville, Actuarius Parisiensis, ac declaravit se emptorem esse domûs in Universitatis Dominio sitae, constituto pretio quadraginta trium millé Littellarum; ac petiit ultra quinque denarios quos academia remittere solet, aliquid sui gratiâ relaxari. Audito super eâ re tùm Syndico, tùm Quaestore, Dictum est Standum esse solitis conditionibus /.

4° Quòd dictum est Viros Clarissimos M. Clement de Mallerant Juris Gallici Professorem Parisiis, M. Addet, Doctorem Medicum Parisiensem, et M. de Villeval de Froulay, in honorandâ Gallorum natione co-optatum ante decem annos fortiter pugnare apud Judices Consistorianos pro immunitate ab onere plebeii gallice La Taille, viris academicis antiquitùs concessâ: Re in deliberationem missâ, audito Syndico, Dictum est ad eorum causam esse accedendum, eamque pro virili parte esse defendendam, si tamen juridicè agere velint /.

Et ita conclusit ampl. Rector /

Hamelin
Rector

4 Apr. Anno dni 1769, die quartâ mensis aprilis, feriâ nimirum tertiâ post Dominicam in albis, horâ septimâ matutinâ habita est, in Collegio Ludovici Magni, Synodus Beneficiatorum Universitatis /.

Postquam Synodum, habita oratione, aperuit ampl. Rector, Beneficiati per academicum scribam, hoc ordine, appellati sunt /.

Pastores
Ecclesiarum Parochialium.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, et Doctor Theol. in Universitate andegavensi, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Andreae ab arcubus /

M. Joan-Bapt. ant. Cotelle, Licent. Theol., Pastor Eccl. Parochialis S. Germani Veteris /.

M. Joannes-Franciscus de la roüe, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Cosmae et Damiani, ab Universitate inter Majores Beneficiatos ultimò nominatus, recurrentibus, in Germanicâ natione, Tribûs Continentium vicibus /

Capellani.

M. Nicolaus Louvet, Doctor Theologus, Provisor et Primarius Harcurianus, Capellanus Capellaniae B. Mariae, in Ecclesiâ Parochiali S. Andreae ab arcubus /

DE PARIS

Capellaniarum Pavoëdianarum.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Bac. Theol./.

M. Malhur Le Nicquet du fresne, Lic. in utroq. Jure./.

M. Antonius Vicaire, antiquus Rector, et Eloquentiae Professor in Regiâ Navarrâ./.

M. Josephus de St. Joirre, Bac. Theol., humanitatis Professor in Marchiano./.

Capellaniarum de Castelleto.

M. Julianus Chabrun, Bac. Theol./.

M. Alcymus Lottin, Doct. in Utroque Jure./.

M. Durand, in art. Magister, inter minores Beneficiatos ultimò nominatus, recurrentibus Theologicae facultatis vicibus./.

Capellaniarum de Thesauro Regio.

M. Franciscus Vitasse Desfontaines, Lic. Theol.

M. Franciscus Mont-chablon, Presb. Catalaunensis.

Abfuerunt MM. Leger, Le Nicquet du fresne, Durand, Witasse et Mont chablon; qui quidem excusati sunt praeter M. le Nicquet du fresne et Witasse.

Audito Syndico, Placuit, praesentes Laudari; absentes, qui sonticam absentiae causam attulerunt, excusari, caeteros solitâ multâ plecti.

Et ita conclusit ampl. Rector./.

Hamelin
Rector

Anno dñi 1769, die decimâ aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis ad Concursum./. 10. apr.

1º Retulerunt de Contendentibus ad primam Classem, MM. Lettrier et de frasne; ad secundam classem, M. Mouton, ad Tertiam Classem, M. Cafaxe; se vidisse omnia instrumenta à Candidatis proposita, ac praeterea adiisse ad Viros probitate conspicuos, à quibus Candidati Luculenta honestae vitae testimonia retulerunt; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi in litteris testimonialibus M. Josephi Le Tourneur. Auditâ Deputatorum relatione, audito Syndico, Placuit, in Commentarios referri, ac typis quam primùm mandari Tabulam Magistrorum in artibus ad singulos Aggregationis ordines contendentium anno 1769./.

2º Dictum est M. Josephum Le Tourneur, Presbyterum Con

Constantiensem

este admittendum, si tamen M. de frasne exhibuerit instrumenta quae desunt, et ampl. Rectori ita visum fuerit./.

3°. Placuit MM. Poirot, Mayet et Lambin, in Germanicam, Gallicanam et Picardicam nationem ante aggregationis institutionem cooptatis concedi immunitatem a duobus posterioribus concursu exercitationibus./.

4°. Nominati sunt in Pontificem M. Georget, Prof. Philosophiae Emeritus; in Diaconum, M. de frasne, Philos. Profess. in Mazarinaeo, in Sub-diaconum M. Desmares, Licentiatum Theologum./.

5°. Rogatus est M. Cafaxe, Germaniae Procurator, ut Praeclarae artium facultatis Quaestor hoc anno esse velit; quam provinciam in se suscepit libenter./.

6°. Dictum est apparitoribus duobus, qui praeclarae artium facultati famulantur in rebus ad Concursum pertinentibus, singulis annis numerandam esse summam septuaginta et duarum libellarum./

7°. Placuit impensarum mobilitatem sisti, Cersum que rebus quae mutabiles non sunt, constitui pretium./

Et ita Conclusit amp. Rector./

Hamelin

Rector

Nomina et ordo

Magistrorum in artibus ad singulos aggregationis ordines contendentium, anno 1769./

Ad Primum ordinem.

M. Josephus Le Tourneur, Presbyter Constant. Baccal. Theologus./

M. Joannes-Franc. Reydellet, Presbyter Genevensis, Baccal. Theologus./

M. Petrus-Jalenques, Presbyter Sanflorensis, Baccalaureus Theologus./.

M. Petrus Francisc. de Puyferré de La Villeneuve, Nobilis Leonensis, Bac. Theologus, acolythus./.

M. Franciscus Poirot, Presbyter Tullensis, in gremium constantissimae nationis co-optatus, ante aggregationis institutionem; eoque nomine, ab utraque posteriore exercitatione immunis./.

M. Joannes-Bapt. Jacobus Le Boucher des fontaines, Cler. Bajocensis, Bac. Theol./.

1769. Aprili

Sept.

M. Antonius Emmanuel Durand, Presbyter Biterrensis, Bac. Theol./.

M. Lazarus Guenot, Presb. Augustodunensis, Bacal. Theologus./.

M. Julianus Maria Dumay, Presbyter Carnopitæus, Bacal. Theologus/

M. Petrus Moiroud, clericus Matisconensis/.

Ad secundum ordinem./.

M. Nicolaus Josephus Selis, Parisinus.

M. Martinus Mayel, Presbyter Bituricensis, Bac. Theol., in gremium hon. nat. Coopt., eoque immunis./.

M. Joan. Bapt. Bayrette, Cler. Catalaunensis/

M. Claudius Mallet, clericus Parisinus/

M. Claudius Petrus Le Bauld, Vesuntinus/

Ad tertium ordinem

M. Joannes Carolus Lambin, Laudunensis./ in gremium fidelissimæ nationis cooptatus, eoque nomine a duabus posterioribus exercitationibus immunis/

M. Stephanus Poquet, Suessionensis/.

M. Jacobus Lamar, clericus ambianensis/.

M. Jacobus Grenet, Presb. Rothomagensis/.

M. Nicolaus Joannes Saingevin, clericus Parisinus/

M. Simon Dubourg, clericus Parisinus/

M. Petrus Ludovicus Couanier, Rhedonensis/.

Journaux
Scriba.

17. Aprilis

Anno dni 1769, die decimâ Septimâ mensis aprilis, habita sunt Comitia generalia Procerum artium facultatis, in Collegio Ludovici-Magni, ad aperiendum concursum/.

Primum ampl. Rector, Procuratores, officiarii majores, selecti Nationum Judices et Deputati ad concursum cum octo procerum artium facultatis appositoribus interfuerunt solemni sacro, quod in sacello Collegii celebratum est./.

Inde ad aulam academicam processum est, ubi, præsente et annuente totâ Procerum artium facultate, orationem habuit, M. Sebastianus-Hieronymus Franciscus Maillard, clericus Bellovacensis; Carmen verò recitavit, M. Petrus Stephanus Hamel, Rothomagensis, ambo aggregati ad secundum ordinem./.

Post hæc, Ego scriba Tabulam Magistrorum in artibus ad aggregationem, hoc anno 1769, contendentium, typis mandatam recitavi/.

Aprili —

Recitatis contendentium nominibus, Ego scriba appellavi nomina Judicum ad Concursum quos Illust. Senatus Princeps et Viri Regii communicatis cum Rectore consiliis selegerant/.

Continuò accessere novi Judices, et solitum inter manus amplissimi Rectoris sacramentum praestiterunt. Quo facto distributa est ab apparitoribus Tabula Magistrorum in Artibus ad aggregationem hoc anno contendentium; Sicque soluta sunt Comitia.

Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Hamelin (Rector)

18. apr. Anno dni 1769, die decimâ octavâ aprilis, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Selectorum Concursus Arbitrorum, ad distribuendas Candidatis suas exercitationes/ quae quidem sequenti ordine distributae sunt./.

Prima Exercitatio.

Mense aprili

Die Merc. 19., Scribent Philosophi, Rhetores et Grammatici

Die Jovis. 20. Scribent Grammatici.

Die Veneris 21. Scribent Philosophi, Rhetores et Grammatici.

Secunda Exercitatio. pro primâ classe

Mense aprili

Die Lunae 24.	M. Le Tourneur,	mané	de Logicis.
	M. Reydellet,	vespere	
Die Martis 25.	M. de Puyferré.	mané	de Logicis.
	M. Jalenques	vespere	
Die Mercurii 26.	M. Dumay.	mané,	de Logicis.
Die Jovis 27.	M. Moiroud	mané	de Logicis.
	M. dumay.	vespere	de Physicis.
Die Veneris 28.	M. Le Tourneur.	mané	de Physicis
	M. Guenot	vespere	de Logicis.
Die Sabbatt 29.	M. Durand.	mané	de Logicis.
	M. Reydellet.	vespere	de Physicis.

Mense Maio.

Die Sabb. 6a.	M. Desfontaines.	mané	de Logicis.
Die Martis 9a.	M. Moiroud	mané	de Physicis.
	M. Jalenques	vespere	
Die Jovis 18	M. de Puyferré	mané	de Physicis.
	M. Guenot	vespere	
Die Veneris 19.	M. Durand	mané	de Physicis
Die Lunae 29.	M. desfontaines	mané	de Physicis

Secunda exercitatio, pro secundâ classe.

Die Lunæ 8. mané. M. Selis, in I. Demost. Philip, art. Poeticam, et T. Livii Librum 4um de bello Punico.

vesperé. M. Buirette, in Lib. 3um Iliad, orat. Cic. pro Lege manilia, et II. Librum T. Livii. /

Die Jovis 11. mané. M. Mallet, in II. Demost. Philip. Lib. VIum æneidos, et T. Livii Lib. 4um. /

vesperé. M. Le Bauld. in 1um Iliad. Lib. Cicer. Orationem pro Legario, et III. Lib. T. Livii.

Secunda Exercitatio, pro tertiâ Classe.

Mense Maio.

Die Martis 2a. Mané. M. Grenet, de Senectute, Lib. 4o Georgicorum, et 7. prioribus Cap. act. Apost. græcé. /

vesperé. M. Toquet, in Adelphos Terent., Justini Lib. 1um et 2um, et 30. priores æsopi fabulas /

Die Mercurii 3a. mané. M. Dubourg. in Paradoxa Cic, et Scipionis Somnium, Lib. 1. et 2um Tristium Ovidii; et 8. priores Mortuorum Dialogos è Luciano /.

vesperé. M. Coüannier de la Genais, de amicitiâ, Bucolicis, et 7. prioribus Cap. Evang. S. Lucam græcé. /

Die Veneris 5a. mané. M. Lamar. in Lib. 3um de Officiis, andriam, et 7. Capita Evang. S. Lucam græcé, incoando à 9o. /

vesperé. M. Saingevin. in Lib. 3um Q. Curtii, Georg. Lib. 4um et act. Apost. græcé à capite 9o ad 17um /

Tertia Exercitatio.

Mense Maio

Pro primâ classe.

Die Veneris. 19. vesperé.

M. Le Tourneur, de Motu acc. et retardo.

M. Reydellet, de Collis. Corp. elastic. /

Die Sabbati. 20a. mané.

M. Jalenques, de Iride.

M. Dumay. de Atheorum Societate.

vesperé.

M. de Puyferré, de atheismo et Polytheismo.

M. Guenot, de necessitate cultûs exterioris,

Die Lunæ. 22. mané. M. Moiroud de orbitâ Planet. apud Neutonum.

vesperé. M. Durand de actione fluidorum in solida /

Die Martis 30. mané. M. Desfontaines. de harmoniâ prædefinitâ ad mentem Lebnitzii /

Aprili

Tertia Exercitatio, pro 2a. Classe.

mense maio.

Die Mercurii 17. mané. M. Selis, de Inventione.

~~vesperé~~ et. M. Buirette, de Dispositione.

Vesperé. M. Mallet, de Tripl. Unitate, in Carm. Drammat.

M. Le Bauld, de Elocutione /.

Tertia Exercitatio, pro 3a. Classe.

mense maio.

Die Mercurii 10. mané.

M. Grenet, in 20. priores Versiculos Cap. 4. Evang. S. Lucam graecé: Andriae Scenam primam ex actu 2o., et Strictae Orationis Leges. /. M. Toquet, in Cap. 28. de officiis Lib. 1o., et Graecae Linguae Principia /.

Vesperé. M. Dubourg, in 100. Versus priores Aristaei fabulae é Virg. et Lat. Linguae Principia /

M. Couannier, in Caput 4um Lib. 1. é Just., 12. priores Versiculos Cap. primi actuum apost., et Gallicae linguae Principia /.

Die veneris 12a. mané. M. Lamar, in Miltiadis é Corn. Nepote priora 7. Capita, 12. priores versiculos Capitis Sti. actuum apostolorum, et Lat. linguae Principia /

M. Saingevin, in Phaedri Prologum ad Lib. 3um. 12. priores versiculos actuum apost., Capite 3o., et ejusdem Gallicae linguae Principia /.

Fourneau
Scriba /.

Anno dni 1769, die mensis aprilis, habita sunt Extra-ordinaria Deputatorum et arbitrorum ad Concursum Comitia, ab ampl.o Rectore per Schedulus rité convocata /.

1o. Quod dixit amplissimus Rector, unum é Doctoribus aggregatis ad primam Classem M. Boullay exercitationibus non sistere se praesentem; sed ab urbe abesse; alterum, etsi praesens est in Collegio Ludovici Magni, invitatum tamen ut suas partes in concursu adimpleret, non obtemperasse, imo non satis honeste ipsimet ampl.o Rectori respondisse: Audito Syndico, Dictum est, rogandum esse amplissimum Rectorem, ut á priore inquirat, quâ de causâ ab urbe nunc absit; á posteriore exigat, ut suo munere in singulis exercitationibus defungatur /.

2o. Quod dictum est M. Moiroud, dum scriberet de Logicis, morbi improviso impetu correptum animo defecisse; adeóque postulare, ut sibi liceat alterius scriptionis periculum facere. Audito Syndico, Placuit suum praefato supplici postulatum concedi /.

Et ita conclusit ampl. Rector /. Hamelin

Rector

1769. Maio. — Neuf.

Anno dni 1769, die sexta mensis maii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis / 6. Maii

1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. f. Jacobus Reynaud, Presb. Viennensis, et f. Petrus Franciscus Michel, Presbyter Matisconensis, uterque strictae observantiae ordinis Cluniacensis expressé professus; Joannes-Baptista Champagne, acolythus Catalaunensis, Guillelmus-Augustus du Chauffour, (acolythus) nunc Presbyter Boloniensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guenin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi /

2° Lata et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta. /

3° Supplicavit pro licentiâ aperiendi paedagogii sub nomine et clientelâ Universitatis M. Joannes-Dominicus Verardy, Eporediensis, in Artibus Magister. Audito Syndico, nominati sunt Ornatissimi Galliae et Normanniae Procuratores, qui de supplicis moribus et peritiâ inquirant. /

4° In locum M. Petri Wilbert, Scriptoris-Jurati Universitatis, fato functi, unanimi suffragiorum consensu suffectus est Vir honestus. Hilaire.

5° Quod è vivis excessit Vir honestus Franciscus Pottier, Juratus Universitatis Pergamenarius, in ejus locum unanimi suffragiorum consensu suffectus est Claudius Laurentius Hebert, Parisinus /.

6° Quod dictum est Grandimontensium ordinem propemodum nullum esse; adeoque Collegium eorum, olim dictum Mignon, in Universitate Parisiensi antiquitus fundatum, in alienas manus mox esse transiturum: audito super eâ re Syndico, rogatis dictisque sententiis, placuit, rogari amplissimum Rectorem, ut, assumptis secum, quos voluerit, comitibus, quamprimum adeat Illustrissimum Franciae Cancellarium, Universitatis jura expositurus, ac rogaturus, ut audiatur prius Universitas, quam de dicto Collegio statuatur /

Et ita conclusit ampl. Rector / Hamelin Rector

Junio

3. Junii. Anno dni 1769, die tertia mensis Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis primum adfuit, novus Picardiae Procurator, M.

1°. Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Martialis Sablon, acolythus Claromontensis; Joannes-Josephus Cellier, Diaconus Claromontensis, Carolus-Franciscus Bouessay, Presbyter Cenomanensis; Augustinus Le Fevre, acolythus Ambianensis; Nicolaus-Josephus des touches de la Frenaye, Presbyter Constantiensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, Le Moine se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confatum, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit suae praefatis Supplicibus postulata concedi/

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3°. Lectus est Libellus Supplex de Grandimontensium Collegio, ex conclusione postremis in Comitiis Lata ab amplissimo Rectore oblatus Illustrissimo Franciae Cancellario. Audito M. Franc-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit, gratias agi amplissimo Rectori, dictumque Libellum supplicem in Commentarios Universitatis referri/

4°. Indictae sunt generales Universitatis Supplicationes ad diem vigesimam hujus mensis/

5°. Quod vir honestus Ludovicus Montonnier, Minor Picardicae nationis apparitor, et Papetarius Universitatis Juratus officium Papetarii pure ac simpliciter abdicavit, in ejus locum suffectus est M. Sebastianus Trioullier, Parisinus/

Et ita Conclusit amp. Rector/

Hamelin
Rector

A Monseigneur Le Chancelier de France

Monseigneur.

L'université instruite que l'ordre de Grammont vient d'être supprimé, à l'honneur de vous représenter que le College, qui porte le nom de cet ordre, n'a pas été d'abord établi pour des Religieux; Que dans son origine il étoit appellé Le College Mignon, du nom de son fondateur; que la fondation avoit été faitte pour douze

étudians dans l'université ... pris par préference dans la famille du fondateur ; que le College à subsisté dans cet état depuis 1353. jusqu'en 1584. qu'après une revolution de plus de deux siecles, le Roy henri III, aiant détaché le Monastere de Vincennes de l'abbaïe de Grammont, lui donna en echange le College Mignon, à condition que l'abbé y établiroit un Superieur Regulier, et y entretiendroit sept Religieux de son ordre, pour faire leur septennium dans l'Université./

Ainsi cette maison, en passant dans l'ordre de Grammont, n'a pas cessé d'etre College de l'Université, ni d'être consacrée à l'utilité publique par l'Instruction de la Jeunesse. aussi l'université à telle toujours conservé et exercé l'autorité et la Jurisdiction qu'elle y avoit eüe dés l'origine; c'est ce qui est prouvé par les procés verbaux de visites, qu'elle y a constamment faites, et notamment en l'année 1752, sous le Rectorat de M. Guerin./

L'extinction de l'ordre de Grammont n'entraine pas necessairement l'extinction de cette fondation, et ne force pas à la denaturer. Le College demeure donc naturellement College de l'université, et consacré à l'éducation de la Jeunesse dans le sein de cette Ecole./

Dans ces circonstances l'université à le plus vif interêt à demander qu'il soit conservé dans son Etat Primitif, et que les biens qui en dependent soient emploiés à nourrir et élever des Boursiers dans son sein. C'est ainsi que le College de Loüis le Grand et celui d'arras ont été déclarés devoir être emploiés à l'Instruction de la Jeunesse dans le sein de l'Université./

Elle vous supplie donc, Monseigneur, d'assurer à cet Etablissement son existence et sa destination. Elles tendent, l'une et l'autre, à l'utilité publique, objet si digne de vos soins, si dignes des regards du Chef respectable de la Justice et de l'interprete fidelle du meilleur et du plus cheri des souverains./ Signé, hamelin. Recteur/

Fourneau
scriba.

Anno dni 1769, die Mercurii Septimâ Junii horâ nonâ matutinâ, congregata est Praeclara Artium Facultas, in Collegio Ludovici Magni, ad claudendum Concursum./ 7. Junii

Postquam solemne sacrum solito ritu peractum est, cantatusque hymnus Eucharisticus Te Deum: itum est in Comitium, ubi peroravit eleganter Petrus-Matthias-Charbonnet, clericus Tricassinus; Carmen verò latini recitavit M. Petrus-Claudius-Bernardus Gueroult, Rotomagaeus, ad secundum ordinem utrique aggregatus./

Posteà novi aggregati à me scribâ appellati sunt, sequenti ordine/

Junio

Nomina
Doctorum in artibus aggregatorum.
Die 7a Junii an. 1769./

ad Primum ordinem

M. Josephus Le Tourneur, Presbyter Constantiensis, Baccalaureus Theologus/.

M. Joannes-Franciscus Reydellet, Presbyter Genevensis, Bac-Theologus/

M. Petrus-Franciscus de Puyferré de Villeneuve, Nobilis Leonensis, Acolythus/.

M. Petrus Jalenques, Presbyter San-Florensis, Baccalaureus Theologus/.

M. Franciscus Poirot, Presb. Tullensis/

M. Joannes-Baptista Jacobus Le Boucher desfontaines, Bac. Theol, clericus Bajocensis/.

M. Antonius Emmanuel Durand, Presbyter Bisuntinus, Baccalaureus Theologus/.

M. Julianus-Maria Dumay, Presb. Coriopitaeus, Bac-Theologus/.

M. Petrus Moiroud, clericus Matisconensis/

ad Secundum ordinem

M. Nicolaus Selis, Parisinus,

M. Joannes-Baptista Bayrette, Catalaunensis/.

M. Claudius-Petrus Le Bauld, Vesuntinus/

Ad Tertium ordinem

M. Joannes-Carolus-Lambin, Laudunensis/.

M. Stephanus Toquet, Suessionensis./.

M. Jacobus Grenet, Presb. Rothomagensis./.

M. Nicolaus-Joannes Saingevin, clericus Parisinus./

Aredita appellatione, ab apparitoribus distributus est Doctorum aggregatorum indiculus. Et sic soluta sunt Comitia./

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est / Hamelin
Rector

Vuze.

Junio

Anno dni 1769, die vigesimâ Mensis Junii, habita sunt Centuriata Universitatis Comitia, ad Sacras Supplicationes/. 26. Junii.

1° In aulâ academici Tribunalis consessum est, ubi M. Claud. Antonius Gombert, novus Librarius, a M. Knapen, uno ex adjunctis praesentatus solitum sacramentum, inter manus amplissimi Rectoris praestitit.

2° Sacramentum pariter praestitit inter manus amplissimi Rectoris, Mr honestus Hebert, Pergamenarius Universitatis Juratus/.

3° Sacramentum pariter praestitere, vir honestus Hilaire, in locum Petri Wibert Scriptoris Jurati Universitatis suffectus, et M. Triculier suffectus loco M. Montonnier, Papetarii Universitatis Jurati/.

4° De Censualibus obventionibus placuit Nobili Viro DD. Marchioni Duhalley, Domino in academiae Dominio sitae empori, pro antiquo more, remitti octo denarios. Cui quidem gratiae intercessit M. Sanson, Normanniae Procurator, ut intercessionis suae actum peteret, quem ei concessit amplissimus Rector/.

Itum est deinde in Comitium; ibique, post habitam ab ampl. Rectore orationem elegantissimam, omnes ordines eidem concessere Litteras commendatitias, grata et rata se habere declararunt quae gessit in suo trimestri Magistratu, amplumque pollicitti sunt comitatum rite procedenti ad aedem Dei Sacram sub invocatione S. Nicolai é campis/.

Pontificem egit M. Xaupy, Theologiae Decanus: orationem habuit ad populum M. Junot, Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. Darragon, Litterarum Professor in Montacutio/

Et ita conclusit ampl. Rector/

Hamelin
Rector

Anno dni 1769, die vigesimâ secundâ Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, extraordinaria praeclarae artium Facultatis Deputatorum Comitia; ad designandos, ibi beneplacito ejusdem facultatis, Concertationum ad praemia academica Praesides et arbitros/. 22. Junii.

In Rhetoricâ.

Arbitri.

Ad orationem Latinam et Gallicam { MM. Le Beau, Callemant, Lambert et Dagoumer/.

ad Carmen, Scriptionem é Sermone Latino et Graeco in Gallicum { MM. Genieu, Maltor, Le Bel, Mouton.

Praesides

MM. Freguier et Roussel Navarricus/.

Junio

In Secundo Ordine.

Arbitri.

1° MM. Sencier, Vicaire, Louvel, Jaquin Major./

2° MM. Reriveaux, Coger, Binet, Cerisier./

Præsides.

MM. Maignan et Picard./

In Tertio Ordine

Arbitri

1° MM. Le Roy, St Joirre, Desmales et Desrés./

2° MM. Gaudet, Mauduit, Maugas et Lhomond/

Præsides.

MM Cahours et Berger.

In quarto Ordine.

Arbitri.

MM. Furgault, d'Arragon, Patin, Dupuis./

Præsides.

MM. Cafaxe et Germain.

In quinto Ordine.

Arbitri

MM. Maupas, Noguette, Le Vasseur et de Lisle/.

Præsides

MM. Vaste et Labour.

In Sexto Ordine.

Arbitri

MM. Duboscq, Boutillier, Haüe et Cosson./

Præsides

MM. Blondelu et Le Mercier/.

2° Quod, in Articulo Septimo Litterarum Patentium datarum die 7a Aprilis 1767, dictum est, L'enseignement et les exercices des Classes de notre College de la Fleche seront conformes en tout à L'enseignement et aux exercices de notre Université de Paris. Et art. 7° pour assurer L'execution de L'article precedent, Voulons que tous les ans il soit nommé par le Tribunal de la Faculté de notred. Université un Commissaire Academique que nous autorisons à se transporter dans led. College pour y dresser procés-verbal concernant L'ordre et la discipline des études seulement, et y corriger les abus qui pourroient s'y introduire./. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit nominari M. Michaelem Franciscum Le Bel, antiquum Rectorem, et generalem Universitatis quæstorem, qui universitatis Parisiensis nomine et Justu Collegium flexiense, hoc anno 1769, adeat, Lustret singula exequatur, quæ duobus præcedentibus articulis præscripta sunt, ac de iis ad Tribunal Academicum referat/

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est/.

Hamelin

Rector

1769. Junio

Douze

Anno dni 1769, die vigesimâ tertiâ Junii, habita sunt generalia Praeclarae Artium Facultatis Comitia, in Collegio Ludovici-Magni./.

23. Junii.

Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt, Antonius Thierry de St. Baustan clericus Tullensis, ut ne sibi noceat quod scripserit se, manuetus: Petrus-Franciscus Galliot, clericus Carnutensis, ut deleatur cognomentum Christophorusi: Claudius Bilhaut, clericus claromontensis, quod gentilitium nomen per duas LL. inscripserit. — Ludovicus-Antonius Fleury, clericus ambianensis, ut cognomentum Ludovicus in Catalogis restituatur; Joannes-Baptista Philibert, acolythus Lugdunaeus, quod scripserit se lugdunensem; Patricius Douling, clericus Kildariensis, tum ut omissum nomen in uno Logicorum restituatur; tum ut immunis sit ab onere scribendi, ob infirmam valetudinem, quam scripto testatur M. Mactnahon, Doctor Medicus Parisiensis; N. Vauquet, ut omissum nomen in priore Logicorum restituatur: F. Joannes Bourdier, Presbyter Bituricensis, strictioris observantiae ordinis cluniacensis expressé Professus, ut in omnibus actis academicis deleatur Baptista perperam additum: Joannes Franciscus Nicolas, diensis, ut omissum in Catalogis nomen restituatur./.

Thierry de St. Baustan.
Galliot
Bilhaut.
Fleury
Philibert
Douling
Vauquet
F. Bourdier
Nicolas

Posteà, jubente ampl. Rectore, Ego scriba legi Tabulam Virorum academicorum, quos Tribunal academicum designavit in Arbitros et Praesides academicarum Concertationum. Lectus est pariter Libellus supplex ab ampl. Rectore oblatus Illust. Galliarum Cancellario de Collegio Grandimontensi./.

Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Rector dimisit nationes ut delibererent de supplicibus, Quadrum-Vires, et rati habitione eorum quae gessit./.

Nationes digressae ac deinde regressae per orn. Procuratores retulerunt 1° se indulgere supplicibus: 2° Confirmari à se Quatuor viros Matutinis horis electos, pro honorandâ Gallorum, M. Delneuf. Philosophiae Professorem in Montacutio; pro fidelissimâ Picardorum, M. Boutillier, Ex-Procuratorem; pro venerandâ Normannorum, M. Le Bret Baccalaureum Theol., pro Constant. M. Dally, Bac. Theol./.

Praeterea dulcaravit Normanica sibi gratam non esse, quod Tribunal academicum, contrà votum venerandae nationis D. Dahallay octo denarios per singulas Libellas de censualibus obventionibus remiserit./.

Quatuorviri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per M. Delneuf retulerunt, prorogatos à se fuisse fasces Rectoris Viro amplissimo, DD. Paulo Hamelin, Rectorio./

Quae prorogatio ab illis tribus nationibus, quae prius dulcaraverant, se rata et gratâ habere quaecumque gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, illique Litteras Commendatitias decernere, Gallicanâ scilicet, Picardicâ et Germanicâ, laudata, confirmata et approbata est./

Et ita conclusit Amplissimus Rector./.

Julio

1. Julii — Anno dni 1769, die primâ Julii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni /.

1°. Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure magisterii Artium et quinquennii, MM. Joannes-daboncourt, clericus Bellovacus, et Joannes de Maussac, Presbyter Lemovicensis, de quibus retulit M. Franc-Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: Audito Syndico, placuit, sua praef. supplicibus postulata concedi /

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3°. Lecta et approbata ex Tabula Virorum Academicorum, qui tributum viritim impositum, gallicè la Capitation, apud urbis basilicam singulis annis solvere tenentur /

Et ita conclusit ampl. Rector /

Hamelin
Rector

21. Julii — Anno dni 1769, die vigesimâ primâ Julii, habita sunt extra-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici Magni /.

Dixit ampl. Rector Comitia extra-ordinem haberi, in quibus legerentur Litterae Patentes versaliis datae die 1a Julii, de Collegio Ludovici Magni /.

Lectis dictis Litteris, Audito Syndico, unanimi consensu placuit illas in Commentarios universitatis referri, factâque solemni Tribunalis Academici Deputatione, amplissimas agi gratias Illustrissimo Franciae Cancellario.

Dixit Venerandae Nationis Procurator, quanquam Ordinem suum non consulverit, se tamen cum caeteris consentire, eâ spe niaeum, optimum Regem perfecturum esse opus, quod incipit /

Notred. Cour recoit les parties de Dinet oppos.les à l'exc.on de l'arret par deffaut au Principal; sans s'arrêter aux Requêtes et demandes des parties de Hutteau, dont elles sont deboutées, les deboute pareill.t de l'opp.on à l'arrêt de notred. Cour du 29. Janv. 1768.; ordonne que led. arret sera executé selon sa forme et teneur, et en tant que touche leur appel, faisant droit sur icelui, a mis et met l'appellation au néant; ordonne que ce dont est appel sortira son plein et entier effet; condamne les appellans en l'amende de douze livres, et aux dépens des causes d'appel et demandes, même en ceux faits sur le provisoire. Si mandons, mettre le présent arrêt à execution; Donné en Parlem.t le 26. aout, l'an de grace 1769, et de notre Regne le cinquante quatrième. Collationné, Cottin. Par la chambre. Signé, Dufranc.

5. octob. Anno dni 1769, die quintâ mensis octobris, habita sunt in Collegio Ludovici magni, Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, ad excipiendas rationes accepti et expensi, à M. Le Bel, Quaestore, per annum 1768.

Auditis, probatisque rationibus compertum est superesse ex accepto summam

quam summam placuit inter praedicti Quaestoris manus relinqui in sumptus ordinarios impendendam./

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Hamelin
Rector

6 octob Anno dni 1769, die sexto octobris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici Magni, ad sacras supplicationes./

Primum in aulâ Tribunalis academici consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Nicolaus Franciscus Olivier des Palieres, Presbyter aeduensis; antonius Maria Nicolaus Vincent, Presbyter Noviomensis; Andreas antonius Josephus Canclaux, Presbyter Perpinianus; andreas Joannes Thomas, Clericus aeduus; Lazarus Guenot, Presbyter aeduensis; Petrus Joannes Duclos de L'étoille, Diaconus Claromontensis; de quibus retulit, M. Franciscus Nic.

GEN. DE PARIS

Vingt trois

Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tam eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierant, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit præfatis supplicibus sua postulata concedi.

Deinde Sacramentum solitum inter manus amplissimi Rectoris præstiterunt novi Librarii a M. Knapen uno ex adjunctis præsentati, scilicet, andreas Georgius Dupuis, Parisinus, antonius Guénard de Monville, Parisinus, et Jacobus Julianus Vatar, Parisinus, et M. andreas Georgius Dupuis, Parisinus.

Postea supplicavit pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub nomine et Clientelâ Universitatis M. Ludov. Carpentier, ambianensis, in artibus Magister. Audito Syndico, nominati sunt MM. Sanson et Cafaxe, Normanniæ et Germaniæ Procuratores, qui de illius moribus ac peritiâ inquirant, ac de iis ad Tribunal academicum referant.

Itum est in Comitium, ubi post habitam ab ampl. Rectore orationem, omnes ordines academici rata et grata habuerunt, quæ gessit in suo Trimestri Magistratu; eoque nomine ipsi decrevere litteras Commendatitias; amplum insuper polliciti sunt Comitatum rité procedenti ad ædem Deo Sacram sub invocatione S. Ludovici, in Regiâ navarrâ.

Rem Sacram peregit M. Bonnet, Doctor Theologus et Magnus Navarræ Magister; idemque sacram concionem habuit ad populum: Eucharisticam ad Pontificem habuit M. Caboche, Doctor aggregatus ad tertium Ordinem.

Hamelin Rector

Anno Dni 1769, die septimo octobris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. 7. Oct.

1° Supplicavit pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub nomine et Clientelâ Universitatis M. Carolus Josephus Le Roux, Suessionensis, in artibus Magister: Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, nominati sunt Ornatissimi Normanniæ et Germaniæ Procuratores, MM. Sanson et Cafaxe, qui de præd. supplicis moribus et peritiâ inquirant, et ad Tribunal academicum referant.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3° Accessit ad Tribunal academicum M. dohin duquesnay, Collegii Gervasiani antehac Bursarius, et in saluberrimâ Medicinæ facultate auditor, petiitque Licentiam Legendi libellum supplicem à se oblatum Illustrissimo Franciæ Cancellario, in quo exposuit, sibi collatam fuisse anno 1766. unam ex Bursis Collegii Gervasiani, cujus statutis Licitum est duobus saltem Bursariis dare operam rebus medicis, postquam Gradum Magi-

Octob

terii in Præclarâ artium facultate obtinuerunt; huic se legi satisfecisse, post unum annum; scilicet, se, antequam ad Parisiensem academiam accederet, gradum prædictum Magisterii in artibus obtinuisse, in Cadomensi, confecto prius Philosophiæ biennio; quod quidem Parisiis sibi pro uno anno computatum est; Itaque, mense augusto 1767, stitisse se, inter candidatos Magisterii artium, et die 5a ejusd. mensis, inter Magistros fuisse annumeratum; quo facto, spem certam, ut sibi videbatur, affulsisse, id ad felicem exitum perducendi, quod votis jam dudum præconceperat, audiendi nimirum in Scholis medicorum; post ferias academicas; hanc verò spem sibi post aliquot menses ereptam fuisse; datis Compendii Litteris Patentibus die 20. ejusdem mensis augusti, quibus cautum est, ne in Collegio Ludovici Magni Novi Medicinæ candidati inter Bursarios admitterentur, donec aliter provisum fuerit: hanc equidem legem ad se non pertinuisse inter Bursarios Collegii Ludovici-Magni jam admissum ab uno anno; sed sub illo prætextu, dejectum se fuisse è suâ Bursâ, sibique ab administratoribus dicti Collegii numeratam fuisse summam quinquaginta Libellarum suprà centum, in patriam, ut sperabant, redituro: se verò non despondisse animo, rebus medicis pro virili parte operam dedisse; atque confidenter expectasse, quid à sapientissimo Rege de Bursariis Saluberrimæ facultatis provideretur; nec quidem incassum, ut sibi videtur; quandoquidem novis Litteris Patentibus, Versaliis datis die 1a Julii præs. anni 1769, Saluberrimæ facultatis Bursarii in sua jura restituuntur, ipsisque, licet jam, extrà Collegium Ludovici-Magni, rebus medicis studere, sub patrocinio et regimine præd. facultatis. Nunc itaque postulare se, ut sua sibi bursa restituatur, et in ejus possessionem mittatur. Audito præd. supplice, Dictum est, dictam Bursam non esse liberam et vacuam, sed alteri collatam fuisse, tanquam vacantem per dimissionem prædicti dohin: Itaque, audito super eâ re Syndico, Placuit dictum supplicem prius adire tum ad Illustrissimum Bursarum Gervasianarum Collatorem, tum ad Bursariorum Probatores, quàm ad Tribunal academicum ventatur sit.

4o Quòd rogati fuerunt M. Xaupy, Theologiæ Decanus, et M. Berthelin Galliæ procurator, ut Leges mediantur in Bibliothecâ academicâ observandas: Audito super eâ re Syndico, Placuit Deputatorum fidem ac diligentiam laudari, iisdemque gratias agi amplissimas: nihilominus tamen singulas Leges, Tribunali in id convocato, diligenter expendi, antequàm de illis referatur ad ordines academicos.

Atque ita super his tribus Capitibus,
audito super singulis Syndico
ab ampl.o Rectore conclusum est.

Hautelin
Rector

1769. Octob

Vingt quatre

Anno dñi 1769, die decimâ octobris, habita sunt Comitia generalia et Rectoria præclaræ Artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni./. 10. octob.

Fractâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate supplicarunt Petrus-Michael Brouilliard, clericus Senonensis, quod in Catalogis cum gentilitium nomen inscriberet, litteram i perperam omiserit; Petrus Michael de la Brugere, Constantiensis, quod particulas de la in inscriptione nominis omiserit; Ut verò immunes fierent ab onere scribendi codices Philosophicos; Petrus Maria Mios, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Fumée, Doctor medicus Parisiensis; Josephus Duprat, Borbonensis, ob similem pectoris infirmitatem, testante M. Cosnier, Doctore Medico-Parisiensi; Renatus Sahuguet-de-manzil d'Espagnac, clericus Lemovicensis; ob oculorum debilitatem, quam testatur scripto M. Munier, Doctor Medicus Parisiensis; Ludovicus-Philippus, Eduardus Chellé, ambianensis, ob parem oculorum debilitatem, testante M. Gentil, Doctore Medico Parisiensi; Claudius Ludovicus Seguin, Presb. Bisuntinus, ob inversam inferiorem oculi palpebram./.

Brouilliard

de la Brugere

Mios

Duprat.

Sahuguet d'Espagnac.

Chellé

Seguin.

Audito de his supplicibus M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, amplissimus Rector postulavit, ut rata et grata haberentur quæcumque gessit, sibique decernerentur litteræ commendatitiæ; et dimisit nationes ad deliberandum de supplicibus, confirmandosque Quatuor-Viros./.

Regressæ in Comitium nationes retulerunt, se supplicibus omnibus indulgere; Confirmari à se Quatuor-Viros, matutinis horis electos, nimirum, in honorandâ natione, Mgrum Picard, Grammaticæ Professorem in Plessæo; in fidelissimâ, Mgrum Daire-Junierem, Grammaticæ Professorem, in Mazarinæo; in Venerandâ, Mgrum Le Moine, Grammaticæ Professorem, in Lexovæo; in Constantissimâ, Mgrum de St. Joirre, humanitatis Professorem, in Marchiano./. Demum se grata et rata habere quæ gessit amplissimus Rector ipsi que litteras commendatitias decernere; dixit Veneranda, se rata habere tantum quæ gessit in suo trimestri Magistratu, consultis ordinibus academicis./.

Quatuorviri, præstito Sacramento, conclave subierunt; unde digressi, per Mgrum Picard retulerunt, electum à se fuisse et nominatum Rectorem Mgrum Stephanum Jacquin, Vigilantissimum Collegii Marchiani Primarium./.

Quam electionem omnes nationes, ad deliberandum dimissæ, Libentissimè comprobaverunt et confirmarunt. Et ita conclusit Amplissimus Rector./. Hamelin

Rector

Accessit præfatus Magister Jacquin, et præstito inter amplissimi Rectoris manus sacramento, ab eo inauguratus est, et missus in possessionem impositione filei Rectorii, traditione libri, sigilli et Clavium; Captoque ad Latus dextrum ejusdem amplissimi Rectoris Locu, oratiunculâ elegantî et modestâ gratias egit Præclaræ Artium facultati; ac deinde ad ædes suas Marchianas amplo Comitatu deductus est/.

Journeau
un. Ser.

11. Octob.

Inscript Rectoratus D. Stephani - Jacquin./.

Anno dni 1769, die undecimâ Octobris, horâ Septimâ matutinâ, in Collegio Ludovici Magni, Amplissimus Rector D. Stephanus Jaquin informatus seu instructus est more antiquo à Clarissimo ex-Rectore, à Sapientissimis Theologiæ, Jurium et medicinæ Decanis, et ornatissimis Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratoribus, qui omnes electionem ejus gratam habuerunt, eique opem, operam et Consilium polliciti sunt./.

Præterea Normaniæ Procurator petiit ut novus Rector facta solemni Tribunali academici Deputatione ad eas Illustrissimum Franciæ Cancellarium rogaturus, honorandæ et venerandæ Nationi Tribules, quibus à Comitiis interdictum est, academicæ voti restituantur.

Et ita concluxit amplissimus Rector/. Jacquin Rector.

27. octob.

Anno dni 1769, die Vigesimâ Septimâ Octobris, horâ Septimâ Matutinâ, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, de more generali Præclaræ Artium Facultatis Comitia, ad eligendos Censores.,

Post habitam à Novo Rectore elegantissimam orationem, facta ex supplicationibus Locus, ubique nullus fisterit se suppliex, Rector dimisit Nationes ad creandos Censores./

Regressæ Nationes per ornatissimos Procuratores retulerunt, creatos à se fuisse Censores, Nimirum, ab honorandâ Natione, Mgrum Coutault, Baccalaureum Theologum, Virum Procuratorium: à fidelissimâ, Mgrum Caboche, Baccalaureum Theologum et Doctorem-Aggregatum: à honerandâ, Mgrum Le Bret, Baccalaureum Theologum: à constantissimâ, Mgrum Jacquin, Rhetoricæ Professorem in Marchiano/.

Et ita concluxit amplissimus Rector./.

Jacquin Rector./

Cum novi Censores solitum dixerunt sacramentum, inter Amplissimi Rectoris manus/.

Et sic soluta sunt Comitia/

Journeau
un./.

1769. novembri

GEN. DE PARIS EX LAORDINAIRE

Anno dñi 1769, die trigesimâ octobris, Congregati sunt apud amplissimum Rectorem in Collegio Ludovici Magni ornatissimi quatuor nationum procuratores, per schedulas pridié datas rité convocati. Quibus dixit amplissimus Rector, se ab Illustrissimo Regni administro DD. Comite de St. Florentin accepisse Litteras apud fontem bellaqueum datas die 28. hujus mensis, quas Rex jubet cum ornatissimis Procuratoribus communicare; hunc in rem convocato à se fuisse præsentia Comitia./ 30. octob.

Tum jussit amplissimus Rector dictas Litteras à me scribâ palam recitari./

Audito super his Syndico, Dictum est, primum Litterarum exemplar singulis Procuratoribus in manus este tradentur, præsentibus in Comitiis; deinde, iis este summâ cum reverentiâ obtemperandum; demum easdem este in Commentariis Universitatis inscribendas./ Et ita Conclusit Ampl. Rector.

Jacquin Rector.

A Fontainebleau le 28.8.bre 1769.

Le Roy est, Monsieur, instruit, que quelques membres de l'Univ.té font des mouvemens à l'occasion des Lettres patentes du p.er Juillet dernier; qu'il a été envoié un mémoire à ce sujet à chacun des Procureurs des nations, et qu'on sollicite des assemblées extra-ord.res pour deliberer sur les differens objets que ce memoire renferme. Comme il ne pourroit resulter de ces assemblées que de nouveaux troubles, et de nouvelles discussions, Le Roy me charge de vous mander, qu'il vous deffend d'en donner ni d'en souffrir aucune, et qu'il ne veut pas qu'il soit pris aucune deliberation, soit generale, soit particuliere rélativement à ces Lettres Patentes. Vous ferés, s'il vous plaît, connoitre les intentions de Sa Majesté aux procureurs des Nations et vous leur recommanderés de s'y conformer. On ne peut vous être, Monsieur, plus parfaitement devoüé que je le suis. Signé. St. Florentin./

Inscriptio erat, à Monsieur Le Recteur de l'Université./

Anno dñi 1769, die quarto novembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis primum consessit M. Josephus Mouton, novus Galliæ Procurator; M. de La Lourcaie Locum tenuit Jurium Decani; M. Bouthillier Locum Procuratoris Picardiæ./ 4. novembris.

1° Supplicarum pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii, MM. Antonius Franciscus Harmaville Subdiaconus ambianensis; Ludovicus Solignat, Presbyter Claromontanus; Joannes Baptista Monestier, clericus Claromontanus./

Fourneau

Fabianus Sayet, Diaconus Rayonœus: Antonius la Chevre, Subdiaconus Rothomagensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tam eorum litteras Magisterii, tam Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit ita præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ facta sunt Superioribus in Comitiis acta et statuta.

3° Auditâ relatione Ornatissimorum Normaniæ et Germaniæ Procuratorum de M. Carolo-Josepho de Roux, Cadurcensi; audito pariter Syndico, Placuit, inter Pædagogos academicos admitti prædictum Carolum-Josephum de Roux, cum potestate habendi hac in urbe Pædagogii, sub Clientelâ Universitatis, conditionibus astrictis; videlicet, ut Leges Universitatis generales, et peculiaria Statuta, ab ipsâ Pædagogis approbata facta, servet; et pueros et adolescentes sibi creditos, cum semel eorum lapsus audiendi in Scholis, ad publicas Scholarum Universitatis Lectiones deducat deducive curet; ut Litteras à DD. Cantore Ecclesiæ Parisiensis sibi traditas remittat; denique ut Pædagogium suum per se ipse verè ac sine fraude teneat, neque suum nomen ulli alii directè aut indirectè præbeat.

4° Quod dixit ampl. Rector, Superioribus in Comitiis Ornat. Normaniæ Procuratorem postulavisse, uti Tribunal Academicum Viros Clarissimos MM. Camyer, Duval, Asselin de Vauleard, et Barbé, Regis justu, à Comitiis præclaræ Artium Facultatis absentes à Mense Maio anni proximè elapsi, iisdem officiis apud Regem aut Regis Ministros juvare velit, quibus præstò esse solet Viri Academici, præsertim de Universitate benè aliquandò meriti, si forte animadversio Regia in illos inciderit. Postulationi Ornatissimi Procuratoris se eò lubentius annuere, quòd suis et totius Universitatis votis respondeat; Igitur postulare se, quid facto opus sit, ut præd. Viri Clarissimi, quamprimùm fieri poterit, Academicæ Comitiis restituantur. Audito super eâ re M. Fran. Nic. Guerin, Syndico, Unanimiter Placuit, ab ampl° Rectore litteras dari ad Illust. Galliarum Cancellarium, et Illust. Comitem de St. Florentin, in quibus enixè roget, diem proximam indicare velint, quâ Tribunali Academico licebit, facta solemni Deputatione, suorum ad Comitia reditum postulare.

Et ita conclusit amplissimus Rector.

Jacquin Rector

13. Nov. Die [illegible] ejusdem mensis Novembris, horâ undecimâ, amplissimus Rector, auctâ ab Illust. Comite de St. Florentin epistolâ, assumptis secum Comitibus Sapientissimis Theologiæ, Juris et Medicinæ Decanis, cum Ornatissimis Nationum Procuratoribus, officialibus Universitatis majoribus, et quatuor

Vingt-cinq.

1769. nov.

Majoribus Nationum Procuratoribus, contulit se ad Lupanar solenniter que petiit, ut Illust. ille Regni administer Universitatis votis apud Regem optimum favere vellet, suorum ad Comitia proclasca Artium facultatis reditum exoptantis ac postulantib. Sic Respondit Illustrissimus Comes, ut spem haud dubiam injiceret, ipsum academica Parisiensi non esse defuturum /.

Fourneau
adm. Sec.

Die Mercurii decimo quarto ejusdem mensis octobris, ampl. Rector eodem Comitato, eademque de causa, Contulit se ad ædes Illust. Galliarum Cancellarii /. 15. Nov.

Fourneau

Anno Dni 1769, die decima octava mensis novembris, Habito cum extra-ordinario Deputatorum Universitatis Comitio, in Collegio Ludovici Magni. Scribæ absentis vices gessit M. Paulus-Hamelin, Ex-Rector, et Bibliothecarius Universitatis /. 18. Nov.

Dixit amplissimus Rector convocata à se fuisse extra-ordinem Comitia, in quibus Statuta legerentur à Clarol. Tribunalis Academici Deputatis, MM. Xaupy et Berthelin, descripta in usum Bibliothecæ academicæ /.

Lectis singulis ex ordine articulis dixit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, Statuta illa secum ante aliquot dies communicata fuisse à Clarissimis Deputatis; sibi que illa, quanta maximâ potuit animi attentione perpendenti visa esse ad academiæ decus, et publicam utilitatem composita: quamobrem nihil morari se, quominus ad ordines academicos ferenda postulaverit que impensam in eis describendis Deputatorum operam, eorumque fidem ac diligentiam meritis laudibus exornari /.

Quæ cum audita fuissent, ac diligentissime exposita, ponderata et in aliquibus emendata, facta de iis deliberandi potestate, unanimi consensu placuit, impensam in illis describendis à Deputatis operam laudari et approbari; eademque quamprimum deferri ad singulos ordines academicos, quorum sententia referatur ad Tribunal academicum per sapientissimos Decanos et ornatissimos Procuratores /.

Quod in utraque posteriori Deputatione, altera ad DD. Comites de St Florentin, altera ad DD. Galliarum Cancellarium, nulla Deputatis, absente Quæstore, erogata fuerat Sportula. Tripliciem præsentibus in Comitiis placuit erogari /.

Et sic concluxit amplissimus Rector. Jacquin Rector.

decembri

2. dec. Anno dñi 1769, die secundâ mensis decembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/.

1°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Josephus-Gabriel des forges, Subdiaconus Laudunensis; Josephus-Petrus Odéa, Presbyter Nannetensis; Franciscus Maria Le Bihan, Subdiaconus Leonensis; Petrus-Josephus de Turmenies, Presbyter Roltzomagensis; Edmundus-Firminus Boyer, Acolythus Parisinus; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia; ex quibus constat, legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: Audito Syndico, Placuit sua singulis prædictis supplicibus postulata concedi/.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3°. Quod dictum esse V. C. M. Addet, Doctorem-Medicum-Parisiensem annuisse votis tribunalis academici, atque ab eo per provocationem ad supremam subsidiorum Curiam fuisse delatam quæ sibi illata est, Jus antiquum Academiæ Parisiensis vindicanti, nimirum, immunitatem à vectigali Plebeio, gallicè La Taille; eundemque postulare, ut ad suam Causam Universitas velit accedere: Audito super eâ re Syndico, Rogatis dictisque sententiis Dictum est. 1°. Causam illam gravissimam ad integra hactenus et inviolata Parisiensis Academiæ jura pertinere; ac consequenter, communi Universitatis nomine esse agendam, adeòque postulatis M. Addet accedendum; et ad ejus Causam accedendum. 2°. Rogandum esse Amp. Rectorem, ut assumptis secum è Tribunali Academico Deputatis, præsertim verò Sapient°. Medicinæ Decano, quamprimùm adeat, Illust. Supremæ Subsidiorum Curiæ Præsidem, significaturus, quantam fiduciam Alma Mater in ejus æquitate et benevolentiâ reposuerit/.

4°. Ad diem hujus mensis duodecimam indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes/.

Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Jacquin Rector

Vingt Sept

1769. decemb.

Die Septimâ ejusdem Mensis decembris, Amplissimus Rector et Præclara Artium Facultas, more antiquo, interfuerunt solemni Sacro, apud Fratres Prædicatores/. 7. decem.

Fourneau

Anno dni 1769, die duodecimâ decembris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni/. 12. decemb.

Primum in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi, factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro litteris nominationis, gere Magisterii artium et quinquennii, Mr. M. Leonus Bonaventura Poyart, Presbyter atrebatensis, et Joannes-Franciscus Lorier, Presbyter Abrincensis; de quibus retulit M Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de quinquennii Studiorum cursu ab iis rite confecto; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi/.

Deinde itum est in Comitium, ubi omnes ordines Academici rata et grata habuerunt, quæ gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu; ipsique Litteras Commendatitias decreverunt; simulque amplum præbuerunt Comitatum ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Stephani de Monte/.

Ibi Pontificem egit S. M. N. D. Xaupy, Theologicæ facultatis Decanus: Concionem ad populum habuit M. Villetard. Doctor itidem Theologus: Eucharisticum verò ad Pontificem M. Jacquin, Eloquentiæ Professor in Marchiano/.

Jacquin Rector.

Anno dni 1769, die decimâ sextâ decembris, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni/. 16. decembris

Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, supplicarunt, ut fiant immunes à describendis Codicibus Philosophicis felix devrevoir des autels, Diaconus Laudunensis, propter insignem pectoris dolorem, quod scripto testatur M. Mallaüet, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes Baptista Le Fevre, Sylvanectinus, eandem ob causam, testante M. Dussart, Doctore Medico Parisiensi; Cyrillus Mallard de Bellefaix, ob pectoris et oculorum debilitatem,

devrevoir des autels.

Le Febore

Malard de Bellefaix.

Dillon. Talleyrand de Perigord. Genot. Pouac. La Goille. de Madieres. Quillet. Magenis. Mazerat. Picault de Montaigu. Locquet. Lorrier.

testante M. Cosnier, Doctore Medico Parisiensi/. Thomas Dillon, Anglus, ob minus firmum corporis habitum, quod scripto testatur M. Bordeu, Doctor Medicus Parisiensis; Mauritius Talleyrand de Perigord, propter pectoris infirmitatem, testante eodem: — Joannes-Bapt. Genot, propter eandem causam, eodem testante; Franciscus Pouac, ob ocularum infirmitatem, eodem testante; Franciscus-Nicolaus La Goille, acolythus Remus, propter eandem causam, eodem testante: Jacobus de Madieres, Subdiaconus aurelius, propter infirmum corporis habitum, eodem testante, ac praeterea, ut deleatur Cognomentum Franciscus perperam additum: Claudius Ludovicus Quillet, Diaconus Pagiensis, ob oculorum et pectoris infirmitatem, quod scripto testatur idem M. Bordeu: Arturus Magenis, Clericus hybernus, ob pectoris infirmitatem, testante M. Meumahon, Doctore Medico Parisiensi; Philippus Cicarius Mazerat, ob eandem causam, quam scripto testatur M. Cosnier, Doctor medicus Parisiensis; supplicarunt autem pro reformatione nominum, ambrosius Petrus picault de Montaigu, Presbyter Trecensis, ut omissum nomen in altero è Physicae Catalogis restituatur; Carolus-Franciscus Locquet, Clericus atrebas, ut ne sibi noceat, quod in duobus Catalogis omiserit dicere se clericum; Joannes-Franciscus Lorrier, Presb. abrincensis; ut biennium Cadomi confectum pro uno anno Parisiis imputetur/.

Posteà Lectae sunt Litterae Illust. Comitis de S. Florentin ad ampl. Rectorem, datae apud fontem-bellaquenum die 28. 8bris 1769, de quibus suprà, ad diem 30ame octobris/.

Audito super supplicibus Syndico, atque super reditu Procurum Academicorum, à duobus ferme annis à Comitiis absentium: Rector dimisit nationes, ut deliberarent 1°. de supplicibus. 2°. de Epistolâ Illust. Comitis modò recitatâ. 3°. de Nominandis in singulis nationibus Duum viris, qui per hunc annum Academicum Consilium et operam praestent amplissimo Rectori, in Comitiis Tribunalis praeclarae Artium facultatis ad concursum pertinentibus: 4°. denique, de Confirmandis Quatuor viris manè electis: praeterea postulavit, ut grata et rata haberentur quae gessit/.

Dimissae nationes ad deliberandum, ac deinde regressae per ornatissimos procuratores retulerunt 1°. se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu, ei Litteras Commendatitias decernere. 2°. supplicibus indulgere. 3°. Velle Litteras DD. Comitis de St. Florentin, in suis et Academiae Commentariis describi. 4°. gratias agere ampl. Rectori, ipsique gratulari Procurum Academicorum reditum ad Comitia; insuper eundem rogare, ut universitatis nomine Eucharisticas det eâ de re Litteras ad Illust. Franciae Cancellarium et Illust. DD. Comitem de St. Florentin.

Vingt huit.

5to. Confirmatos à se fuisse Quatuor Viros, nimirum, in honorandâ Natione, M. Guyart, Philosophiæ Professorem et Gastinæo; in fidelissimâ, M. Caboche, Censorem, et Doctorum aggregatum; in Venerandâ, M. Babet, Baccalaureum Theologum, Virum Procuratorium; in Constantissimâ, M. Madonogh, Philosophiæ Professorem, in Sorbonæ Sectæo. Co. Nominatos à Lectis suis Electoribus à Senioribus, qui intersint Comitiis præclaræ actionis facultatis ad Concursum; nimirum, in Honorandâ MM. Le Roy et Camyer; in fidelissimâ, MM. Senieu et Mercier; in Venerandâ MM. Achet et Babé: in Constantissimâ MM. Jacquin et Farelly/.

Continuò Quatuor Viri, præstito Sacramento, Conclave subierunt, unde digressi per Magistrum Guyart retulerunt, prorogatos à se fuisse Amplissimo Rectori, M. Stephano Jacquin, suos Rectorios. Quæ prorogatio ab omnibus Nationibus probata et confirmata fuit/

Et ita concluxit Amplissimus Rector/

Jacquin Rector.

23. Decembris.

Anno Dñi 1769, die vigesimâ tertiâ Decembris, habita fuit Comitia Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici Magni.

1o. Amplissimus Rector Dixit, acceptam à se fuisse Epistolam Illustrissimi Procuratoris Collegii, cui adjuncta erant nova Collegii Ludovici Magni Statuta. Cum Jussit Epistolam et Statuta recitari. Audito Syndico, Ne in Deliberationem mitta, M. Sanson, Normanus Procurator, deliberandi et Nationem suam consulendi tempus petiit, quod ei concessum est, itaque à ferendâ sententiâ abstinuit. Cæteris verò Deputatis placuit Epistolam et Statuta modò lecta in Tabulario Universitatis deponi et asservari/.

2o. Auditæ sunt rationes eorum quæ accepta et expensa fuere à M. Francisco Michaele Le Bel, Quæstore, pro annum 1768, pro Solemni Scholarium Academicorum distributione, Quibus auditis, expensis et approbatis, placuit, quoniam accepta erant 3132tt. 11s. 8d., expensa vero 1872tt. 8s. Summam residuam mille et ducentarum libellarum super sexaginta, cum tribus assibus et octo denariis relinqui inter Manus Quæstoris, ad proximas rationes referendam/

Et ita, super ubroque Capite, ab Amplissimo Rectore conclusum est/

Jacquin Rector.

Index.

Beneficiatorum, Consiliariorum, officiariorum, apparitorum et Clientium universitatis Juratorum per decursum anni 1769 receptorum/

Beneficiati.

Nullus/

Papetarii

Die 20. Junii, Vir hon. Trioullier, in locum Moutonnier suffectus sacramentum praestitit/

Pergamenarii

Die 20. Junii, Vir honestus Hebert, filius, solitum sacramentum praestitit/

Scriptor

Die 20. Junii, Vir honestus Hilaire, suffectus in locum Petri Wibert, sacramentum praestitit/

Librarii

Die 14. Martii, sacramentum praestitere Joannes-Petrus Costard et . . Babuty, ab uno rei librariae adjuncto praesentati/

Die 20. Junii, à Viro honesto M. Knapen rei librariae adjuncto praesentatus Claudius-antonius Jombert, sacramentum praestitit/

Die 6a. octobris, sacramentum praestitere ab eodem praesentati andreas Georgius Dupuis, filius; antonius Guenand de Monville, et Jacobus Julianus vatar/

Magni-Nuntii

~~[illegible]~~ Gallicanae

Die 20. Januarii 1769, Martinus Rousquin, pro diœcesi et Episcopatu Cæsar-Augustensi, (Sarragoste,) per liberam abdicationem Petri Tarlet/

Die 25a. ejusdem Mensis Januarii 1769, Alexius Lhoyer de Tirauge, pro diœcesi et Episcopatu Rivensi (Rieux) per liberam abdicationem Josephi-Philiberti Cattel/

Die Septimo-Aprilis Ludovicus-Sylvester d'Inguimberte, pro diœcesi et Episcopatu Biterrensi (Beziers) per obitum Claudii Payen/

Die 15. aprilis, Josephus Alex. Gondret, pro Episcopatu Massileensi, per obitum andreae Boyelleau/

Vingt neuf.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Ex Natione Gallicana

Die 18. aprilis – Petrus Paulus Le Roux, pro diœcesi et Episcopatu Elusensi (Eaule) per obitum Michaelis – Francisci – Roynet/.

Die 15. Junii, Petrus Rousquin, pro diœcesi et Episcopatu – Lemovicensi, Loco Petri Escour/

Die 29. Julii, Andreas Angelus Charly Brullé, pro diœcesi et Episcopatu Condomensi, in Locum Antonii Claudii – Chassins de la Place/

Die 4a Augusti, Joannes – Victor La Vollée, pro diœcesi et Episcopatu Bajonensi, Loco Felicis Vollée/

Die 17. Augusti, Stephanus Toffier, pro diœcesi – Episcopatu et Patriarchatu Venetiensi (Venise) in Locum Bartholomæi Arduin/.

Die prima Septembris, Petrus – Guillot de Saulte, pro Episcopatu Carcassonensi, Loco Guillelmi Benard/

Petrus La pierre, pro Episcopatu Senecensi, Loco – Joannis Garnier/

et Joannes – Maillet Dumesnil, pro diœcesi et Episcopatu Conseranensi, Loco Petri Castillon/.

Die 4a octobris, Joannes – Baptista Pouget, pro diœcesi et Episcopatu Tolonensi, Loco Stephani – Nicolai Gacrin/

et Antonius Georget, pro diœcesi et Episcopatu Diensi (Die) Loco – Jacobi Fery/

Die 18 ~~e~~ mensis decembris, Joannes – Ludovicus Le Blanc, pro diœcesi et Episcopatu Papiensi (Pavie) in Locum Claudii Bougier/

Die 22. decembris, Remigius Claye, pro diœcesi et archi. Episcopatu Lugdunensi, in Locum Joannis – Baptistæ – L'huilier/

Ex Natione Germanica

Die 3a Februarii, Antonius – Michaël Moret, pro diœcesi et Episcopatu Claudi-Castrensi (Gloustu) Loco Richardi Vanier/

Die 14 aprilis, Joannes – Petrus – Fournier, pro diœcesi et Episcopatu Chiemensi (Chiemsée) per obitum Benedicti Susanne/

Ex Natione Germaniæ

Die 10. Junii 1769, Simon-Edmundus Menusier, pro diœcesi et Episcopatu Salisburgensi (Salsbourg) per liberam abdicationem Nicolai Martin/

Die 12. Julii, Benedictus Cointicourt, pro diœcesi et Episcopatu Argentoratensi (Strasbourg) Loco Petri Marinier/

Die 9. Augusti, Joannes-Baptista de Maignant, pro diœcesi et Episcopatu Sedunensi (Sitten) Loco Jacobi Abraham de Lan/

Die 6ta. Septembris, Petrus Nathow, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Bremensi, per liberam abdicationem Ignatii de Petthuis/

Die 9na Septembris, Nicolaus Bonny, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Colocensi (Colasse) per obitum Francisci Sellier/

Die 2da. Decembris, Joannes Sebelly, pro diœcesi et Episcopatu Virdunensi per obitum Nicolai Robidaire de la Neiliere/

Die 13a. Decembris, 1769, Joannes Bar, pro diœcesi et Episcopatu Nordovicensi (Norwich) in Locum Viri Clarissimi Ludovici de Julienne/

Trente

1770

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Acta
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum
anni millesimi septingentesimi-septuagesimi./.

13. Januarii

Anno dñi millesimo septingentesimo septuagesimo, die verò decimâ-tertiâ mensis Januarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis consederunt, ipse Amplissimus Rector, D. Stephanus-Joaquin: M. Josephus Xaupy, Theologiæ; M. Petrus Crassous, Jurium: M. Ludovicus-Petrus-Felix-Renatus Le Thuillier Medicinæ Decani: MM. Josephus Mouton Galliæ; Adrianus-Ludovicus-Maria-Josephus Maillhetard, Picardiæ; Ludovicus Sanson, Normaniæ; Nicolaus-Josephus Cafaxe, Germaniæ Procuratores: M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico: M. Guidone-Antonio Fourneau, Scribâ; et M. Michaële-Francisco Le Bel, Quæstore./.

1°. Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Carolus-Ferdinandus de Calonne de Coqueret, Diaconus-Ambianensis; Savinianus-Franciscus Navarre, Clericus Trecensis; Marcellus Thevenet, Presbyter Lugdunensis; de quibus retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua præf. supplicibus postulata concedi./

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3°. Ad Tribunal academicum accessit M. Hespelle, Doctor Theologus; idemque petiit, uti Universitas, quam sibi opem atque operam semel atque iterum concessit requirenti Dunkerkensem Curionatum, jure Magisterii artium et quinquennii; eandem adhibere porrò pergat, immò et renovare velit apud Illustrissimum Franciæ Cancellarium. Audito super cû re Syndico, Placuit supplicis postulationi annui./

Januarii

4° Quod dixit Sap. Medicinæ Decanus nuperrimè concessam fuisse Medicis Regis ordinariis Licentiam habendi singulis hebdomadibus Consultationes publicas apud Luparam in gratiam pauperum morbo Laborantium; eam verò Licentiam hactenus intrà Limites Scholarum Saluberrimæ facultatis fuisse conclusam; ac proinde ejus et universitatis juribus adversari: Audito super eâ re Syndico, Placuit, Consuli primùm Saluberrimæ facultatis, ac deinde Universitatis Consiliarios forenses; eorumque sententiam ad proxima Comitia referri/.

5° De Bibliothecâ academicâ Sapientissimus Theologiæ Decanus M. Xaupy; et ornatissimus Normaniæ Procurator, ordinum suorum protulere sententias; atque in manus Scribæ tradiderunt/.

Et ita Conclusit amplissimus Rector/.

Jacquin Rector.

29. Jan. Anno dñi 1770, die Lunæ vigesimâ nonâ Januarii, amplissimus Rector et Præclara artium facultas interfuerunt solemni Sacro, quod ad memoriam Divi Caroli-Magni in æde Navarricâ celebrari solet, ex Institutione Viri Clarissimi D. Cæsaris Egasse Duboulay./

30. Jan. Die trigesimâ Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos, pro more detulerunt, minoribus Magistratibus/.

31. Jan. Die trigesimâ primâ Januarii, amplissimus Rector, Decani Procuratores, cum adjunctis officiariis majoribus, omnibus que apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo Aureliaensium Duci, singulis que supremarum Curiarum Principibus. Abfuit Illustr. Parisiensium Archi-Episcopus./

1. Februar. Die primâ Februarii, amplissimus Rector, cum eodem Comitatu et apparatu Versalias se contulit, ibique Cereos Regi, Delphino, et Regni Cancellario obtulit. amplissimus Rector, quam sibi jam ante fecerat facundiæ famam, apud Regem et Serenissimum Delphinum egregiè sustinuit/

Fourneau
Univ. Scriba

3. Febr. Die tertiâ Februarii ampl. Rector, et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit pro magistris academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores/

Fourneau
Scriba

1770. Februario

Anno dñi 1770, die tertiâ Februarii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/. 3. Febr.

1º Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Ludovicus Franciscus de Rieursec, Rolythus Lugdunaeus; Antonius Andreas-Josephus Fremicourt, Subdiaconus Cameras; Franciscus-Brixius Le Bel, Diaconus Ebroicensis; Henricus-Jacobus de Lastre du Val du Fresne, Presbyter Boloniensis; Felix de Vrevin des autels, Diaconus Laudunensis; Nicolaus-Antonius Le Seigneur, Presbyter Rhthomagensis; Franciscus Poirot, Presbyter Tullensis; Petrus-Josephus de la Haye, Presbyter Ambianus; de quibus retulit M. Francisc. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari: Audito Syndico, placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/.

2º Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta/.

3º Lecta est Consiliariorum Universitatis forensium sententia, in Consultationes illas publicas et gratuitas, quas, annuente Rege, ejus Medici Ordinarii, singulis hebdomadibus, apud Luparam, pauperibus morbo laborantibus erogant; cujusquidem sententiae haec summa est. 1º in illâ novâ institutione nihil esse quod impraesentiarum actioni Juridicae locum praebere videatur; aliquid tamen esse periculi, ne annorum successu dicti Medici inde occasionem sint arrepturi in unum Corpus coeundi, contra jura et privilegia tum Universitatis, tum Saluberrimae medicorum Parisiensium facultatis. 2º Rogandum esse tum Decanum Medicinae, tum Syndicum, ut sedulo curent, ne quid inde res academica detrimenti capiat. Auditis super eâ re, Syndico, et Medicinae Decano, rogatis dictisque sententiis dictum est Standum esse Consiliariorum Universitatis sententiae, ut ipsa ab actione Juridicâ impraesentiarum abstineat adversus Medicos Regis ordinarios. 2º Mandandum esse Universitatis Syndico, ut pro Universitate sedulo invigilet, ne Medici Regis ordinarii Universitatis et Saluberrimae facultatis Jura, munera et officia attentent/.

4º Quod dixit amplissimus Rector, jam imminere tempus quo Bibliotheca academica publici juris facienda sit,

adeoque deliberandum esse an placeat novum hoc Academiae Parisiensis in rem litterariam officium sine apparatu et pompâ, aut ab Oratione publicâ solenniter auspicari. Audito super eâ re Meritissimo Syndico, placuit Bibliothecam Academicam ab Oratione publicâ auspicari/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/.

Jacquin Rector./

5.o Febr.

Anno dñi 1770, die quintâ mensis februarii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum praeclarae Artium facultatis, ad Concursum mense aprili proximè habendum/.

1.o Lecta est Tabula Doctorum in Artibus hactenus aggregatorum in ordinibus singulis: ex quâ recognitum est viginti Loca esse vacua ad concursum proximum; nempe in ordine Philosophorum quinque; in ordine Rhetorum decem; denique, quinque in ordine Grammaticorum/.

2.o Designati sunt ex singulis ordinibus duodecim Magistri; ex quibus Illustrissimus Senatus Princeps, cum viris Regiis, Consulto amplissimo Rectore, proximi concursûs arbitros seligat: nimirùm, pro ordine Philosophorum, MM. Le Neveu, Basset, Torquet, Mazeas, Georget, Hamelin, Vallé, Camyer, Duval, Giraulx de Roudou, et Lange: pro ordine Rhetorum, MM. Lallemant, Senecier, Dagoumer, Le Beau, Lambert, Genien, Furgault, Quervelle, Le Bel, Mouton et Maltor; pro ordine Grammaticorum, MM. Vray, Dair Major, Maupas, Wallet, Picard, Noguette, Jacquin Pue, Cerisier, Leveque, Le Vasseur, Cosson et Labour/.

3.o Indicta est dies septimâ mensis aprilis, ad aperiendum proximum Concursum/.

Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Jacquin Rector./

13. febr.

Anno dñi 1770, die decimâ tertiâ mensis februarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, generalia Praeclarae Artium facultatis Comitia, per singulos Procuratores, missis schedulis, amplissimi Rectoris jussu extrà ordinem convocata, ad admittendum novum Beatae Genovefae Cancellarium/.

Quibus in Comitiis amplissimus Rector locum coepit in eo suggestu, in quo, pro more antiquo sedere solet, cum Cancellarii aut Pro-Cancellarii Comitiis intersunt; stante ad Laevam ejus meritissimo Syndico; ornatissimi verò Procuratores consederunt in eo Loco quem

1770. Februarii

obtinent in Comitiis Centuriatis, quæ ad Solennes Universitatis supplicationes singulis anni trimestribus habentur. aderat præter Academicos, Magnus tum Sociarum è Regiâ Scientiarum Academiâ, tum Canonicorum è San-Genovefianâ familiâ Regularium frequentia, qui, honoris causâ præbuerant se Comitiis novo Cancellario./

Ergò postquàm peroravit Amp. Rector, ac fecit Supplicandi potestatem, comparuit Vir Clarissimus ac Venerabilis Alexander Guido Pingré, Presbyter, Ecclesiæ Regalis Stæ Genovefæ Parisiensis Canonicus Regularis, Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, Regio pro rebus Maritimis Astronomus, Vico Clarissimo ac Venerabili Patri Claudio Rousselet, Universitatis ac Beatæ Genovefæ antè Cancellario, nunc Priori Monasterii S. Ludovici de Culturâ Parisiensis suffectus. Qui cum in plano constitisset, Epomide violaceâ et Pileo quadrato, orationem habuit ornatam et splendidam, Universitati perhonorificam; postulavitque ut ad Sacramentum admitteretur; ac deinde recepit se ad latus Comitii et consedit inter suos/.

Tùm Jussit Amplissimus Rector, per Scribam Universitatis legi Litteras provisionis, ut vocant, quibus Cancellarii munus præfato Patri Pingré à Venerabili Abbate San-Genovefano confertur; quarum litterarum hic est tenor.

Frater Stephanus Viallet, Abbas Ecclesiæ S. Genovefæ Parisiensis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, ad Ecclesiam-Romanam nullo medio pertinentes, et Canonicorum Regularium Congregationis Gallicanæ dicti ordinis Præpositus Generalis: Dilecto nobis in Christo filio, Fratri Alexandro Guidoni Pingré, Presbytero-Canonico Regulari præfat. ordinis et congregationis, Salutem in Domino. Cancellariam quæd. Ecclesiæ nostræ S. Genovefæ et Universitatis Parisiensis, cujus, vacatione adveniente, Collatio, provisio, institutio et omnimoda dispositio ad Nos, pro nostrâ Abbatiali Dignitate, pleno-jure, spectant et pertinent, liberam nunc et vacantem, per promotionem dilecti item nobis in Christo filii Fratris Claudii Rousselet, Presbyteri, Canonici Regularis dictorumet etiam ordinis et congregationis expressè Professi, dictæ Cancellariæ ultimi et immediati Possessoris-pacifici ad Prioratum Claustralem S. Ludovici de Culturâ, in urbe Parisiensi, ejusdemque liberam dimissionem; Tibi præsenti et acceptanti, tanquam sufficienti, capaci et idoneo ad dictam Cancellariam obtinendam, regendam, et exercendam, contulimus ac donavimus, conferimus et donamus, ac de illâ Cancellariâ, suisque juribus, honoribus et pertinentiis universis præfecimus ac præfecimus per Præsentes. Quocirca Amplissimos et Sapientissimos Viros DD. Rectorem, Procuratores

Februario —

Nationum et Magistros florentissimae Studiorum Universitatis supplicamus per Praesentes, quatenus Te, vel Procuratorem tuum Legitimum, nomine tuo, et pro te, in possessionem corporalem, realem et actualem dictae Cancellariae suorumque Jurium Universorum ponant et inducant, seu poni aut induci faciant aut mandent, aut alter eorum ponat et inducat, recepto priùs à Te aut procuratore tuo, Sacramento in Talibus fieri et praestari solito, et servatis solemni tatibus consuetis. Datum Parisiis, sub Signo Sigilloque nostris, ac Secretarii nostri Chirographo, in praefatâ S. Genovefae abbatiâ, die undecimâ mensis Januarii, anno Dni millesimo septingentesimo septuagesimo. Signatum Viallet, abbas S.tae Genovefae Parisiensis, et infrà, De Mandato Reverendissimi Patris et abbatis, Signatum Regnier, Scriba Capituli, cum Syngraphâ

Lectis his litteris verba fecit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, de antiquâ Universitatis et Cancellariae Dignitatis origine, nec non de singulari novi Cancellarii Scientiâ praesertim in rebus Mathematicis; idemque postulavit, ut cum omnia essent in legitimâ formâ, praefatus Magister Alexander-Guido Pingré, admitteretur in Cancellarium Universitatis.

Audito Meritissimo Syndico, dimissae ab Amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum, ac deinde reversae, per singulos procuratores retulerunt, se Libentissimè et cum elogio in Cancellarium Universitatis admittere praefatum Virum Clarissimum Magistrum Alexandrum Guidonem Pingré, Presbyterum Canonicum-Regularem S. Genovefae Parisiensis, Regiae Scientiarum Academiae Socium, et Regium pro rebus Maritimis astronomum.

Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Jacquin Rector.

Accessit novus Cancellarius ad suggestum Rectorium, et tactis Evangeliis, Sacramentum dixit inter manus Amplissimi Rectoris: et continuò, acceptus in ipsum suggestum, stansque ad dextram Amplissimi Rectoris, oratione brevissimâ sed elegantissimâ, et ipsi Rectori, et toti Artium Facultati gratias egit, ac deinde cum suis discessit.

Fourneau

Eadem die Rector, Procuratores, et officiarii Majores Universitatis se contulerunt ad abbatiam S. Genovefae, ibique à Reverendmo abbate et novo Cancellario, Laudatissimâ mensâ excepti sunt.

Fourneau

Trente trois

1770. Martio

GEN. DE PARIS ORDINAIRE

Anno Dni 1770, die tertia Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni./ 3. Martii

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Petrus de Sartiges de Sourniat, Presbyter Claromontensis; Jacobus-Franciscus-Carolus Cahuet, Presbyter Bisuntinensis; Petrus de Bonnaise, Subdiaconus ambianus, et Stephanus Thomas, Ursinus Mariette, Subdiaconus Bajocensis; de quibus retulit M. Franc. Nicol. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, Suo præf. Supplicibus postulata concedi./

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Ad diem decimum sextam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./

4° De Scholâ apud Ribodimontenses aliquot abhinc annis institutâ sub Patrocinio et Clientelâ Universitatis, auditæ sunt querimoniæ, hinc Professoris dictæ Scholæ M. Beste, quod sibi a quæstore Stipendia annua non numerarentur; inde Quæstoris, quod M. Beste, domum habendis Lectionibus destinatam non habitaret, aulamque non frequentaret; cum responsionibus Professoris et Ribodimontensium Magistratuum litteris testimonialibus, quibus constat M. Beste suo munere diligenter functum fuisse; domum tamen nondum habitavisse, quod Supellectile necessariâ nondum instructâ sit. Audito super eâ re Syndico, Placuit. 1° Domum habendis Lectionibus apud Ribodimontenses destinatam scamnis et aliâ necessariâ Suppellectile quamprimum instrui. 2° Libros Scholæ proprios quos ipsi testator Legavit, quamprimum emi. 3° à Professore domum habendis Lectionibus destinatam habitari. 4° eidem Stipendium annuum à Quæstore solvi, eâ lege, ut Scholam dictus singulis frequentet, Legesque academicas servet./

5° De Bibliothecâ academicâ: Sapientissimus Jurium Decanus Ordinis sui Sententiam retulit, quam petiit in Cartophilacio depari ac servari: Sapientissimus Medicinæ Decanus, deliberandi spatium petiit, atque si secus fiat, intercessurum se esse declaravit. Ornat. Galliæ Procurator dixit, approbari à suo ordine Deputatorum sententiam: Picardiæ, approbari etiam, sed eâ lege, ut Libri non tradantur in manus Alumnorum Collegii Ludovici magni, potiùs quam aliorum Universitatis

Martio

alumnorum: Normaniæ, se in suâ intercessione perseverare; Germaniæ denique, se cum Gallicanâ natione consentire, atque à suo ordine Deputatorum sententiam approbare/ quibus auditis, placuit, super Bibliothecâ supersedere/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Jacquin Rector/

Post soluta Comitia, ad ampl. Rectorem et ornat. Procuratores, accessit Nobilis adolescens De Coucy, clericus Remensis, ac petiit, ut ad obtinendum gradum Magisterii in artibus Biennium Remis confectum pro uno anno sibi imputaretur, antequam eandem gratiam à præclarâ artium facultate postularet, festinanti ex Litteris Regiis ad gradum Baccalaureatûs in Theologiâ, cui gradus Magisterii præire debet. Audito Syndico, placuit, fieri potestatem supplici obtinendi gradum Magisterii, Biennio Remis ritè confecto, in unum annum imputato, sub beneplacito præclaræ artium facultatis; eâ lege, ut eandem supplicationem in Comitiis generalibus præclaræ artium facultatis denuò instituat; quibus consentire recusavit ornat. Normaniæ Procurator; sed ex pluralitate suffragiorum Conclusit amplissimus Rector/

Jacquin Rector.

13. Mar. Anno dñi 1770, die decimâ tertiâ mensis Martii, horâ septimâ matutinâ, feriâ scilicet tertiâ secundæ hebdomadæ quadragesimalis, habita sunt de more Comitia generalia Deputatorum Universitatis, ad aperiendum rotulum. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, placuit, pro more antiquo, aperiri nominationum rotulum/

Et ita Conclusit ampl. Rector/

Jacquin Rector.

13. Mart. Eadem die, horâ nonâ matutinâ, ex mandato ampl. Rectoris, congregati sunt, in aulâ Tribunalis Academici, Magistri in artibus Pædagogia sub Clientelâ Universitatis habentes.

Quibus præsentibus jussit amplissimus Rector palam recitari 1º Conclusionem de Creatione Agentis pro Pædagogis academicis factam à Tribunali academico die 2ª Aug. 1738, et die 28. novembris ejusdem anni relatam in Supremi Senatûs tabulas. 2º Decretum ejusdem Senatûs latum die 26. Aug. anni proximè elapsi 1769, quo cautum est ne ab hac conclusione in eligendo agente discedatur./

His lectis, dixit amplissimus Rector, Cum administrationis tempus M. Antonio Achard commissæ peractum sit; idem que

etiam atque etiam postulet ut sibi successor eligatur, visum sibi fuisse votis ejus annuere, et alium in ejus locum sufficere. Porro nullum sibi videri huic exercendae Procurationi aptiorem et magis idoneum, quam M. Joannem Montagne, unum ex ipso. Itaque ex conclusione apud Tribunal Academicum facta die 2a Aug. 1738, et in supremi senatus tabulas die 28. novemb. ejusdem anni relata eligi à se et constitui praed. M. Joannem Montagne, qui, per biennium, quae res ad ipsos pertinent, earum curam gerat; ac si quid alicujus momenti acciderit, illud ad Academicum Tribunal deferat, re cum ampl. Rectore et meritissimo Syndico prius communicata.

Jisdem in Comitiis, praesente et annuente ampl. Rect. à Paedagogis Academicis in Deputatos, qui novo agenti Consilium et operam praestent, electi sunt duo ex ipsis, M. Le Gros et M. Debras.

Fourneau
un. sec.

Anno Dni 1770, die decimâ sextâ Martii, habita sunt Centuriata Universitatis Comitia ad Sacras Supplicationes. 16. Martii.

Primùm in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Claudius-Carolus-Nicolaus Turmeny, Presbyter Rothomagensis, et Franciscus-Nicolaus-Hippolytus Adrien-Laine, Presb. Ebroicensis, de quibus retulit M. Franc.-Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm ~~eorum~~ litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. audito Syndico, placuit, sub praef. Supplicibus postulata concedi.

Deinde solitum inter manus Sacramentum praestitit Franciscus-Joannes Natalis de Bure, Parisinus, à M. Didot, Juniore, uno ex adjunctis praesentatus.

Posteà in Comitium processum est, ubi post habitam ab ampl. Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuere quae gessit in suo trimestri Magistratu, ei que litteras commendatitias decrevere; amplum insuper comitatum polliciti sunt, rité processuro ad

Martio

Aedem Dei Sacram sub invocatione S. Nicolai è Carducto.

Ibi Pontificem egit S. M. Hilaire, Socius Sorbonicus Ecclesiae Pastor. Orationem habuit ad populum M. Semillard desauvilliers, Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem, M. Varin, Grammaticae Professor, in Marchiano/. Jacquin Rector

17. Martii Anno Dni 1770, die decimâ septimâ Martii, habitae sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis, in Concursum proximè imminentem, ab ampl.o Rectore ritè convocata. Quibus in Comitiis cum ampl. Rectore et quatuor Nationum Procuratoribus consederunt bini deputati à singulis nationibus nominati, et Judices pro singulis tribus Candidatorum ordinibus selecti ab Illust. Proto-Praeside, et Viris Regiis.

Liste des Juges du Concours choisis et nommés, conformém.t et en execution des Lettres patentes du 10. aout 1766., registrées en la Cour le 20 des mêmes mois et an, et de l'article XVIII. du Reglement attaché sous le contresel d'Icelles.

1.e Classe.

Pour la Philosophie

MM. Turquet, Mazeas, Georget, Hamelin, Vallé et Camyer/

2.e Classe

Pour la Rhetorique, Seconde et Troisieme/

MM. Le Beau, Lambert, Genien, Furgault, Le Bel et Mouton/

3.e Classe

Pour la Grammaire, 4.eme, 5.eme et 6.me/

MM. Dair-Mayer, Maltor, Wallet, Jacquin, Le Vasseur et L'Evêque/

Fait à l'hotel de M. Le Premier-Président, le fevrier mil sept cent soixante dix. Signé d'aligre, Seguier, Joly de fleury, Barentin, Joly de fleury/

1.° Dixit ampl. Rector praesentia haberi Comitia ad eligendos binos è singulis ordinibus Judices, qui de Candidatorum ad proximum concursum contendentium moribus inquirant, ac de iis ad proxima Comitia referant./

Trente Cinq.

1770. Martio.

De Supplicibus retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit sistere se ad primum ordinem duos Candidatos, M. Albertum Rey, Presbyterum Genevensem, Licent. Theologum et Socium Sorbonicum, et M. Claudium André, Presb. Lugdunaeum, Licent. Theologum, ex eadem Societate Sorbonica; ad secundum ordinem, quatuor; nempe, Jacobum Mallet, clericum Parisinum, Joannem Bapt. Dumouchet, clericum Rothomagensem, Bonum-Jacobum Daireaux, clericum Constantiensem et Martinum Mayet, Presb. Bituricensem, Baccalaureum Theologum, demum, tres ad tertium ordinem, scilicet, Ludovicum Tillaux, clericum Rothomagensem, Petrum-Lud. Couanier de la Genais, Rhedonensem, et Petrum Augustinum Boutroux, clericum Carnotensem, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, audito Syndico, placuit nominari binos e singulis ordinibus Deputatos, qui de candidatorum moribus inquirant, ac de illis referant; scilicet, pro primâ Philosophorum Classe, MM. Georget et Camyer; pro secundâ MM. Le Bel et Mouton; pro tertiâ MM. Jacquin et Levesque.

2°. Inter Deputatorum manus tradita sunt omnia instrumenta ad concursum ab iis prolata.

Et ita Conclusit amp. Rector.

Jacquin Rector.

Digressis Judicibus, habita sunt continuo alia Deputatorum praeclarae artium facultatis Comitia, in quibus lectus est processus verbalis eorum, quae anno proximè elapso 1769, apud Regium flexiense collegium gesta sunt, cum V. C. M. Michael Franciscus Le Bel, ab Universitate Deputatus, ejusdem nomine dictum Collegium lustraret. Quem quidem libellum placuit laudari et approbari, et Universitatis nomine mitti ad Illustrissimum DD. Ducem de Choiseul, rerum Bellicarum administrum. Et ita Conc. Ampl. Rector.

Jacquin Rector.

Martio —

24. Martii

Anno Dni 1770, die vigesimâ quartâ Martii, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni/

Post habitam ab ampl. Rectore orationem, lectumque libellum Memorialem Illustrissimo Rei aerariae Praefecto DD. abbati Terray oblatum, in nostram vigesimam octavam partem publicorum nuntiatuum, factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos Nicolaus. Josephus

Pourcin. Joachimus Pourcin, Presb. Sistericensis, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Doucet, Doctor medicus Parisiensis; Giraldus ô loghlin, hibernus, ob oculorum debilitatem, testante M. Mac-Mahon, Doctore medico Parisiensi: —

ô loghlin.

de la Martine. Joan-Bapt. franc. de la Martine, ob oculorum infirmitatem, testante M. Cosnier, Doctore medico Parisiensi; deinde

de Couey M. Joannes-Carolus de Couey, subdiaconus Remensis, ut concessum sibi, sub beneplacito praeclarae artium facultatis, de Biennio Remis confecto, et in unum annum imputato, gratiam ipsa confirmare velit; demum Joannes

Laborey Laborey, clericus Divionaeus, ut ne sibi noceat, quod ex merâ oscitantiâ, nomen in uno catalogorum non inscripserit./

Audito tum de supplicibus tum de libello supplice M. Francisco Guerin, Syndico, ampl. Rector dimisit Nationes, ut deliberarent de supplicibus, confirmandis Quatuor-Viris mane electis, et ratihabitione eorum quae gessit.

Nationes digressae ac regressae per Ornat. Procuratores retulerunt à se supplicibus indulgeri: Confirmari Quatuor-Viros, npe pro honorandâ Natione, M. Freguer, Grammat. Professorem, in Ludovicaeo; pro fidelissimâ M. Capin, Philosophiae Prof. in Cardinalitio; pro Venerandâ, M. Sanson, Ex-Procuratorem: pro Constantissimâ, M. Jacquin, Rhetoriae Prof. in Marchiano: rata et grata haberi quae gessit Rector, ipsique litteras commendatitias decerni; lectum libellum supplicem laudari et approbari/.

Quatuor-Viri, praestito inter manus amp. Rectoris sacramento conclave ingressi sunt, unde digressi per M. Freguer retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro Amplissimo DD. Stephano Jacquin, Rectori. Quae prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata et confirmata est. Et ita conclusit ampl. Rector/.

Jacquin Rector.

Tante Sigf.

1770 Martio

GEN. DE PARIS ... ORDINAIRE

Anno dni 1770, die vigesimâ quartâ Martii, horâ quintâ pomeridianâ, habita sunt Comitia Deputatorum et Arbitrorum praeclarae artium facultatis ad concursum./. 23. Martii

1°. Quòd dixit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, non satis cautè factum fuisse, ut Comitia ad eligendos Deputatos qui de Candidatorum vitâ et moribus inquirerent, citiùs haberentur, quàm praescriptum est; igitur postulare se, utrùm placeat Nominationem Deputatorum pro nullâ haberi, ipsamque de novo fieri, vel rata et grata haberi quae ab ipsis gesta sunt, salvo cujusque jure. Audito Syndico, rogatis dictisque sententiis, placuit, Comitia, Deputatorum nominationem, quaeque ab ipsis gesta sunt rata et grata haberi, salvo cujusque jure, et absque eo quòd res in consequentiam trahat./.

2°. Quòd M. Thomas-Maria Royou, Presb. Corisopitense, Licent. Theologus, instrumenta ad concursum requisita detulit ad Clar. Deputatos pro primo Philosophorum ordine, post Comitia die 17. hujus mensis habita in antecessum: audito Syndico, auditâ Deputatorum relatione, placuit praef. M. Royou, inter Candidatos admitti./.

3°. Auditâ Deputatorum relatione, de vitâ et moribus Candidatorum, qui postremis in Comitiis stitere se pro Concursu proximè imminente, quâ constat, trium ordinum Deputatos adiisse ad viros probitate conspicuos, à quibus, quae scripto, eadem vivâ voce luculenta honestae vitae testimonia retulerunt; placuit 1°. suum singulis Candidatis postulatum concedi. 2°. in Commentarios referri, et typis mandari Tabulam Magistrorum illorum ad singulos aggregationis ordines contendentium, in hunc annum M dcc. Lxx./.

4°. Placuit MM. Rey et Mayet in honorandae nationis gremium Cooptatis ante Aggregationis institutionem immunitatem concedi à duobus posterioribus concursûs exercitationibus./.

5°. Placuit Rogari M. Wallé, Professorem Philosophiae emeritum, ut Praeclarae Artium facultatis Quaestor anno praesenti esse velit. Quam Provinciam in se libenter suscepit./.

Et ita Conclusit ampl. Rector./.

Jacquin Rector./.

31. Martii

Anno Dñi 1770, die trigesimâ primâ Martii, habita sunt extraordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, ex deliberatione habitâ die 30ª ejusdem mensis judicta, in quibus deliberaretur de Statutis ad Bibliothecam Academicam pertinentibus/.

Postquam Comitiorum materiem exposuit ampl. Rector, justit que singulos ex ordine articulos tractari, de quibus Deputati deliberarent, M. Desmares novus Normaniæ Procurator dixit, sibi à Natione suâ mandatum esse, ut intercederet, ne de præsenti negotio quidquam ab Academico Tribunali deliberaretur, antequam responsum à singulis ordinibus Academicis datum fuerit Libello supplici quem ad illos ordines mittendum judicavit dicta Natio, cujus que intercessionis suæ petiit/.

Re in deliberationem missâ: Lato Supremi Senatûs arresto, Lato die septimâ maii 1768, quo Tribunali Academico ea provincia demandata est, ut leges in Bibliothecâ Academicâ servandas conscriberet, easdem cum Administratoribus Collegii Ludovici Magni communicaret, atque ad Illust. Procuratorem Catholicum deferret, Supremi Senatûs autoritate, si ipsi ita visum fuerit, confirmandas. audito super dictâ intercessione M. Gaerin, Syndico, rogatis dictisque sententiis Placuit, dari Normaniæ Procuratori intercessionis suæ actum quem petit; eâ que salvâ sed non obstante deliberari; Supremique Senatûs arrestum tandem executioni demandari. Quo audito, Ornat. Normaniæ Procurator adversùs deliberationem iterum contestatus est, à ferendâ sententiâ abstinuit, sed è Comitiis non discessit/.

Deinde de Legibus in Bibliothecâ Academicâ servandis, Tribunalis Academici Justus à Sapientissimo Theologiæ Decano, M. Caupy, et Ornatissimo Gallicæ Procuratore M. Berthelin conscriptis, Sapientissimi Theologiæ, Juriumque et Medicinæ Decani, et Ornatissimi Galliæ, Picardiæ, et Germaniæ Procuratores ordinum suorum retulere sententias/. Lectis que expensis, emendatis, ad unum approbatis singulis articulis, Placuit Leges, quæ sequuntur, rogari: easdem cum Administratoribus Collegii Ludovici Magni, ex præscripto Senatus consulti Lati die 7ª Maii 1768, communicari; et ad Illustrissimum Procuratorem Catholicum quamprimùm deferri, Supremi Senatûs autoritate, si ipsi ita visum fuerit, communicandas. Et ita conclusit ampl. Rector/.

Jacquin Rector/.

Reglement
Pour la Bibliotheque de l'Université

Titre 1er
Du Bibliothecaire

Trente sept

1770.

GEN. DE PARIS

Art. 1er

Le Bibliothecaire sera nommé par le Tribunal de L'Unte et choisi entre les Profes. Emerites de la faculté des arts/

II.

Aussitôt après sa nomination, il pretera serment à l'Unté entre les mains du Recteur, en plein Tribunal, et promettre de remplir exactement les fonctions de Bibliothecaire./

III.

Il sera mis en possession de la Bibliotheque par le Tribunal de L'Université/

IV.

Il sera depositaire et responsable de tous les Livres tant imprimés que manuscrits, et généralem.t de tout ce qui appartiendra à la Bibliotheque, conformém.t au Catalogue et à L'inventaire des effets arrêtés par le Tribunal. C'est pourquoi, il reconnoitra en présence des Commissaires du Tribunal nommés ad hoc, tous les articles portés dans lesd. Catalogue et inventaire, et s'obligera de les représenter toutes les fois qu'il en sera requis/

V.

Arrivant la retraite ou le deces du Bibliothecaire, le Tribunal nommera des Commissaires, à l'effet de proceder conjointem.t avec lui, ou, avec ses représentans, au recollem.t de la Bibliotheque. Et dans le cas qu'il y manquat quelque chose, ce qui manquera sera remplacé aux depens du Bibliothecaire ou de sa succession/

VI.

Le Bibliothecaire veillera avec le plus grand soin à l'arrangem.t, à la conservation, à la propreté des Livres imprimés ou manuscrits, et des ustensiles de la Bibliothéque/

VII.

Les fonds destinés à l'augmentation de la Bibliotheque seront par lui emploiés 1° à acheter les livres qui conviennent plus particulierem.t à L'Univ.té, et aux differentes Compagnies, dont Elle est composée. 2° a acquerir les suites d'ouvrages de Sciences ou de litterature, qu'il est utile de completer. Il aura soin de choisir les Éditions les plus correctes./

VIII.

Le Bibliothecaire sera tenu chaque année de se rendre au Tribunal du mois de fevrier, et de lui présenter deux Etats separés; l'un des Livres qu'il croira devoir être achetés: l'autre de ceux qu'il croira à propos de vendre ou d'echanger: Et lesd. Etats, après avoir été examinés, discutés, reglés et arrêtés par le Tribunal seront à l'instant signés par le Recteur, et remis au Bibliothecaire pour etre executés, suivant les ocurrences, pend.t le courant de L'année/

Martio ——

IX.

Avant de vendre ou d'échanger aucun des Livres dont la garde lui est confiée, le Bibliothécaire aura soin de les faire contremarquer sur le frontispice; et la contremarque sera un témoignage authentique, qu'ils n'appartiennent plus à l'Univ.té/

X.

Le Bibliothécaire néanmoins aura la Liberté d'employer jusqu'à une somme modique en livres, autres que ceux compris dans l'Etat arrêté au Tribunal, et de profiter des occasions favorables, s'il s'en présente: à condition que cette somme n'excede pas celle de 150 Livres, et qu'elle soit employée à l'acquisition de Livres de la qualité requise par l'art. VII. ci-dessus/.

XI.

Le Mardi de la seconde Semaine de Careme, après l'ouverture du Notable, le Bibliothécaire rendra compte au Tribunal. 1°. des Livres ou autres choses qui auront été donnés ou legués à la Bibliotheque pend.t le courant de l'année précédente. 2°. des Livres par lui vendus, échangés ou achetés, conformément aux Etats arrêtés par le Tribunal, aux dispositions marquées dans l'article précédent/

XII.

Il portera sur le Catalogue destiné à la Bibliotheque les Livres ou autres choses dont elle aura été augmentée, et en fournira l'Etat au Tribunal, pour être transcrit sur l'expédition du Catalogue déposé au Greffe de l'univ.té/

XIII.

Dans le cas où la portion des Livres appartenans au College de Louis le Grand seroit augmentée. 1°. Le Bibliothécaire portera cette augmentation sur le Catalogue général. 2°. Il en fournira un Etat au Bureau d'Administration du College de Louis le Grand, pour être portée sur le Catalogue déposé aux archives dud. College/

XIV.

Tous les Livres seront estampillés aux armes de l'université, excepté ceux qui appartiennent au College de Louis le Grand, lesquels seront estampillés à ses armes/

XV.

Si quelqu'un donne ou legue des Livres à la Bibliotheque, son nom sera porté sur ces Livres, et même sur le Catalogue de la Bibliotheque, en cette maniere: Ex dono V. C. —— Ces livres pourront même être estampillés aux armes des Donateurs ou Testateurs, s'ils le requierent, et que le don soit considerable/

XVI.

Le Bibliothécaire occupera par lui même l'appartement qui lui est destiné dans le chef lieu de l'université/

trente huit

XVII.

Il se trouvera exactement à la Bibliotheque tous les jours et pendant tout le tems qu'elle sera ouverte.

XVIII.

Il aura pour appointemens 1°. Les 600 Livres qui lui sont attribuées par Deliberation du Tribunal. 2°. Les 1000 Livres à lui pareillement attribués par l'art. XII. des Lettres-Patentes du 3. Mai 1766.

XIX.

Conformément au même article, le Bibliothecaire nommera celui qui sous ses ordres prendra soin de la Bibliotheque, auquel pour cet effet, il sera paié 600 Livres par an, des deniers assignés par ledit article.

XX.

Le Domestique de la Bibliothéque sera pareillem^t. nommé par le Bibliothécaire, et aura pour gages la Somme de cent Livres, ainsi qu'il a été reglé par le Tribunal.

Titre deuxieme.

Du Sous-Bibliothécaire

Art. 1er.

Conformém^t. à l'art. V. du titre X. des Lettres Patentes du 10. août 1766., la nomination du Sous-Bibliothécaire appartiendra au Tribunal de la faculté ès arts.

II.

Suiv^t. le même article, il sera choisi entre les Professeurs et Agens de la faculté-ès-arts, qui n'auroient pas encore acquis l'Emerite. Il pourra aussi être choisi entre les Docteurs-Aggregés de lad. Faculté, et même parmi ceux qui y sont seulement immatriculés.

III.

Il prêtera serment entre les mains du Recteur, en présence du Tribunal; et s'il est Principal ou Professeur, il sera tenu d'opter dans l'espace d'un mois à compter du jour de sa nomination.

IV.

Si un Aggregé est nommé pour Sous-Bibliothecaire, il conservera l'eligibilité aux Scabres de la faculté ès-arts.

V.

Celui qui auroit rempli la place de Sous-Bibliothécaire pend^t. dix ans, pourroit être nommé Bibliothecaire par le Tribunal, encore qu'il n'eut pas acquis l'Emerite.

VI.

En execution de l'article XXI. des Lettres Patentes du 3. Mai

1766. le Sous-Bibliothecaire aura 600 Livres d'appointemens; et en outre, il partagera avec les Professeurs et Regens de la faculté és arts la portion appellée Emerite.

VII.

Il occupera par lui-même l'appartement qui lui est destiné dans le chef lieu de l'Université.

VIII.

Il travaillera, sous la direction du Bibliothécaire, a toutes les operations concernant la Bibliotheque.

IX.

Toutes les fois, et aussi long tems que la Bibliotheque sera ouverte pour le public, il sera tenu d'y être présent, et d'y exercer ses fonctions.

X.

Il ne lui sera pas libre d'emporter aucun livre de la Bibliotheque.

Titre Troisieme
De la Bibliotheque

Art. 1er.

La Bibliotheque sera ouverte tous les ans à la St. Remy, et fermé au premier août.

II.

L'accés en sera libre au Public trois jours par semaines, le matin et le soir, scavoir le Lundi, le Mercredi et le Samedi. De la St. Remy à Pâques, elle sera ouverte le matin, depuis neuf heures jusqu'a onze heures et demie; et l'aprés-midi, depuis deux heures jusqu'a quatre. De pâques aux vacances, elle sera ouverte, le matin, depuis neuf heures jusqu'a midi; L'aprés midi, depuis deux heures, jusqu'a cinq.

III.

Il ne sera mis aucun livre prohibé entre les mains de ceux qui fréquenteront la Bibliotheque.

IV.

Le Biblot.re et le Sous-Bib.re veilleront à ce que les livres, dont ils donneront communication, ne soient ni déchirés ni gâtés.

V.

Ils veilleront egalem.t à ce que ceux qui frequenteront la Biblioth.q ne soient aucunem.t interrompus.

VI.

Ils ne permettront à personne de porter aucun Livre hors la Bibliotheque, sauf neanmoins et sans préjudice de la delibera.on du Bur. d'ad.on du 20. Mars 1766, et de la Con.on de la fac. és arts du 23. du même mois et an; l'une et l'autre homologuée par arrest de la Cour du 7. Mai meme année.

VII.

La Bibliotheque sera garnie de tables et de sieges, à l'usage de ceux qui la frequenteront, lesquels devront tous assis dans une même salle, sous les yeux du Biblio.re et Sous-Bibliothecaire.

GEN. DE PARIS

1770. Aprili —

Anno dni 1770, die septimâ aprilis, horâ nonâ matutinâ, congregata est præclara artium facultas in Collegio Ludovici Magni, ad aperiendum concursum./ 7. Aprilis.

Primùm amplissimus Rector, Procuratores, officiarii Majores, Nationum Deputati, Selecti concursûs Judices cùm octo præclaræ artium facultatis apparitoribus interfuerunt solemni sacro, de Spiritu Sancto, quod in sacello Collegii celebratum est. Ibi Pontificem egit M. Dair Major, Prof. Emeritus, unus ex selectis Judicibus concursûs./

Inde ad autam academicam processum est; ubi, præsente et annuente præclarâ artium facultate, Orationem habuit M. Buirette, Doctor aggregatus ad secundum ordinem: Carmen verò Latinè recitavit M. Saingevin, Doctor aggregatus ad tertium./

Post hæc, Ego scriba recitavi nomina magistrorum in artibus ad aggregationem, anno præsenti, contendentium, hoc ordine./

Nomina et ordo
Magistrorum in Artibus
ad singulos aggregationis ordines contendentium
anno M.dccLx./

Ad Primum Ordinem

M. Thomas-Maria Royou, Presb. Corisopitæus, Licent. Theologus, Socius Navarricus, uni dissertationi obnoxius, quod quartum Doctrinæ locum inter Theol. Licentiatos obtinuerit.

M. Claudius André, Presb. Lugdunæus, Licentiatus Theologus, Socius Sorbonicus; uni dissertationi obnoxius quod nonum Doctrinæ locum inter Theologiæ licentiatos obtinuerit./

M. Albertus Rey, Presb. Genevensis, Lic. Theol, Socius Sorbonicus, in gremium honorandæ Nationis cooptatus ante institutam aggregationem; eoque nomine ab utraque posteriori exercitatione immunis/

Ad Secundum Ordinem

M. Martinus Mayet, Presbyteo Bituricensis, Bac. Theol, ante aggregationis institutionem in gremium honorandæ Nationis cooptatus; ideòque ab utraque posteriori exercitatione immunis/

M. Jacobus-Claudius Mallet, Acolythus-Parisinus/

Aprili

ad. Sdum Ordinem.

M. Joannes-Bap. Dumouchel, clericus Rothomagensis.
M. Bonus Jacobus Daireaux, clericus Constantiensis.

Ad tertium Ordinem

M. Ludovicus Tillaux, clericus Rothomagensis.
M. Petrus-Lud. Coccanier de la Genais, Rhedonensis.
M. Augustinus-Gregorius Boutroux, cler. Carnotensis.

Recitatis contendentium nominibus; appellati sunt Concursus Judices à Supremis Magistratibus de Consilio ampl. Rectoris selecti in praesentem concursum; qui quidem solitum inter manus ampl. Rectoris praestitere Sacramentum.

Quo facto ab Apparitoribus distributus est Candidatorum indiculus; Et sic solata sunt Comitia.

Jacquin Rector.

7. Aprilis. Anno dni 1770, die septimâ aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Ordinaria Deputatorum universitatis.

1°. Supplicavit pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Nicolaus Niquet, Presb. Ambianensis; De eo retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus litteras magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat de Legitimo Studii tempore ab eo confecto, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, suum praefato supplici postulatum concessum est.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant postremis in Comitiis acta et Statuta.

3°. Lectus est Libellus supplex M. Boucher des Fontaines, Doctoris Aggregati ad Primum Ordinem, et Collegii Gervasiani alumni, quo postulat, ut, etsi tribus abhinc annis auditor est in Theologia, Bursa tamen quam obtinet sibi in annum quartum prorogetur; cum unius anni spatium consumpserit ad obtinendam aggregationem; quod sibi licitum visum est ex litteris patentibus datis die 20. Augi 1766; Audito super eâ re M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Placuit, salvâ provocatione, rebusque in eodem statu permanentibus, praed. Libellum, Cum primario et Examinatoribus alumnorum in Collegio Lud. Magni congregatorum communicari. Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est.

Jacquin Rector.

Quarante

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dñi 1770, die nona aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia selectorum concursûs Judicum, in quibus candidatis singulis suæ distribuerentur Exercitationes/./. 9. Aprilis

Prima Exercitatio.

Mense aprili./

Die Martis 24. Philosophi, in aulâ honorandæ Nat. disserent de Logicis. Rhetores, in aulâ venerandæ orat. scribent Latinè. Convertent Grammatici, in aulâ fidelissimæ, Gallicam orationem in Latinam/.

Die Jovis 26. disserent Philosophi de Physicis: Rhetores scribent Carmen Latinè; Grammatici orat. latinam in Gallicam convertent./

Die Sabbati 28. Grammatici vertent Græcam orationem in Gallicam/.

Secunda Exercitatio./

Mense aprili.

Die Lunæ trigesimâ, mané, Exercit M. Mallet, in Olynth. I, æneid. Lib. II, et 3æ Decad. Livii Lib. Ium.

Vesperé, Exerc. M. Couanier de la Genais, in Cicer. de amicitiâ, Terent. Andriam, et Luciani Timonem/.

Mense Maio.

Die Mercurii 2a, Exerc. M. Boutroux, in Cicer. de Senectute; Georg. Lib. IV. et Isocratem ad Demonicum. mané

Vesperé autem, Exerc. M. Tillaux, in Lib. I. Cæsaris de bello Civili: Phædri tres post. Libellos, et vitam Sertorii è Plutarcho/.

Die Jovis 3a, mané, Exerc. M. Dumouchel, in Olynt. IIam æneidos Lib. VI, et 3æ dec. Liv. Lib. IIum

Vesperé, M. Daireaux, in Iliad. Lib. VIum, orat. pro Lege Manilia, et 3æ dec. Livii Lib. 3um/

Tertia Exercitatio.

Mense Maio

Die veneris 4a. Mané, Legit M. Couanier de la Genais, in 1am Eclog. Virg. et Prosodiæ Latinæ leges: Md Boutroux in Parad. Ciceronis Solos sapientes esse Liberos, et Verbor. Græcorum conjugationes.

Vesperé, Lectio M. Tillaux, in Cornel. Nep. Aristidem, et Linguæ Gallicæ Principia de Participiis/.

Aprili

Die Sabb. 5ª. mani, Leget. M. Mallet de inventione, M. Dumouchel, de Dispositione: M. Daireaux de Elocutione oratoriâ/

Fourneau
un. Sec.

24. Apr. Anno dni 1770, die vigesimâ quartâ aprilis, feriâ nimirum tertiâ post Dominicam in albis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Collegio Ludovici Magni synodus Beneficiatorum Universitatis./

Postquam synodum, habitâ oratione, aperuit amplus. Rector, Beneficiati per academicum scribam hoc ordine appellati sunt.

Pastores
Ecclesiarum Parochialium.

M. Claudius Legeo, in artibus Magister, et Doctor Theol. in Univle. andegavensi, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. andreæ ab arcubus/

M. Joannes-Bapt. antonius Cotelle, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Germani veteris/.

M. Joannes-Franciscus de La Roue, Doct. Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis SS. Cosmæ et Damiani, ab Universitate inter Majores Beneficiatos ultimò nominatus, recurrentibus in Germanicâ Natione Tribûs continentium vicibus./

Capellani.

M. Nicolaus Louvet, Doctor Theologus, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ, in Ecclesiâ Parochiali S. andreæ ab arcubus, idemque Provisor et Primarius Harcurianus/

Capellaniarum Savoërianarum./

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bac. Theologus/.

M. Malhurinus Le Micquet Dufresne, Lic. in Utroque Jure/

M. Antonius Vicaire, antiquus Rector, et Eloquentiæ Professor in Regiâ Navarrâ/

M. Josephus de St. Joivre, Bac. Theol. et humanitatis Professor in Regiâ Navarrâ/.

Capellaniarum de Castelleto./.

M. Julianus Chabrun, Bac. Theol.

M. Alcymus Lottin, Doctor in Utroque Jure/

M. Durand, in artibus Magister, inter Minores Beneficiatos ultimò nominatus à Summo Pontifice, jure præventionis, recurrentibus Theologicæ facultatis vicibus/.

Capellaniarum de Thesauro Regio./

M. Franc. Vitaste de fontaine, Lic. Theol.

M. Franciscus Montehallon, Presb. Catalaunensis/.

1770 Maio

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

abfuere MM. Louvel, Cotelle, Le Nicquet du Fresne Vitasse et Montchablon; quorum M. Le Nicquet et M. Montchablon excusari se postularunt/.

Audito Syndico, Placuit, praesentes laudari; absentes, qui sonticam causam attulerunt, excusari, caeteros solitâ multâ plecti/.

2°. Supplicavit pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Philippus Le Roux, Presbyter Rothomagensis; de quo retulit M. Guerin, Syndicus, se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab eo fuisse ritè confectum; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit suo praef. supplicibus postulata concedi/.

Et ita Conclusit ampl. Rector/.

Jacquin Rector.

Anno dni 1770, die quintâ maii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis/. 5. Maii

1°. Supplicavit, pro Licentiâ aperiendi hic in urbe Paedagogii, sub nomine et Clientelâ Universitatis, M. Ludovicus Grand-vallet, ambianensis, in artibus Magister. Audito Syndico Placuit nominari Ornat. Galliae et Germaniae Procuratores, qui de supplicis vitâ et moribus inquirant, ac de iis ad Tribunal academicum referant.

2°. Lata et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3°. Lecta est deliberatio facta à Primario et Examinatoribus alumnorum in Collegio Ludovici Magni congregatorum in Libellum supplicem M. Boucher desfontaines; quâ quidem ipsi totius rei judicium permittunt prudentiae Tribunalis Academici. Audito super eâ re M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico, Placuit, bursam Gervasianam in quartum annum Magistro Boucher desfontaines prorogari/.

Et ita Conclusit ampl. Rector/.

Jacquin Rector.

Maio —

12. Maii

Anno dni 1770, die decodecimâ Maii, congregata est praeclara artium facultas in Collegio Ludovici Magni ad Claudendum concursum/.

Postquam solemne sacrum solito rita peractum est, Cantatusque hymnus Eucharisticus Te Deum: itum est in Comitium, ubi, peroravit Latiné M. Hamel, ad Primum Ordinem Doctor Aggregatus: Carmen verò Latiné recitavit M. Toqu, Doctor Aggregatus ad tertium/.

Posteà novi aggregati a me scribâ appellati sunt, hoc ordine/.

Nomina.

Doctorum in artibus aggregatorum die 12ª Maii, anni M. dcclxx.

ad Primum ordinem./

M. Thomas-Maria Royou, Presb. Corisopitaeus, Lic. Theol. Socius Navarricus/

M. Claudius andré, Presb. Lugdunaeus, Lic. Theol. Socius Sorbonicus/

M. albertus Rey, Presb. Genuvensis, Licent. Theol. Socius Sorbonicus/

ad Secundum ordinem/.

M. Martinus Mayet, Presb. Bituricensis, Bac. Theol.

M. Jacobus Claudius Mallet, acoly. Parisinus/

M. Joan-Bapt. Dumouchel, Clericus Rothomagensis/.

M. Bonus Jacobus Daireaux, clericus Constantiensis/.

ad tertium ordinem.

M. Petrus Lud. Coüanier de la Genais, Rhedonensis/

M. Augustinus Gregorius Boutroux, Clericus Carnotensis/

Eruditâ appellatione; ab apparitoribus distributus est Doctorum aggregatorum indiculus; Et sic soluta sunt Comitia./.

Jacquin Rector/

2ª Junii/

Anno dni 1770, die secundâ Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum universitatis; /quibus in Comitiis primùm consedit M. Dair Junior, novus ~~Germaniae~~ Picardiae Procurator./. Prioribus in Comitiis jam consederant M. Thomassin, novus Juridicae facultatis Decanus: M. Desmares novus Procurator Normaniae, et M. aherne, novus Procurator Germaniae/.

Quarante deux.

1770.

1°. Supplicavit pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Joannes Baptista Achilles Franciscus à Paulâ de Villardy de Quinson, Diaconus Monspessulanensis; de eo retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia; quibus constat legitimum Studii tempus ab eo fuisse rité confutum, cœteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit, suum praef. supplici postulatum concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Germaniæ Procuratorum de moribus et peritia M. Ludovici Antonii Grand-vallet, ambianensis; audito M. Joanne Montagne, Pædagogorum Academicorum Procuratore seu agente; audito meritissimo Syndico, placuit fieri potestatem praef. supplici aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et Clientelâ Universitatis.

4°. Quòd dictum est Bibliothecam Academicam, librorum Catalogum, supellectilem, cœteraque quibus ipsa constat priùs esse recognoscenda, quam ipsa publici juris fiat: placuit nominari M. Xaupy et M. Mouton, illum Theologiæ Decanum, hunc Galliæ Procuratorem, qui Bibliothecam Academicam recognoscant, ac de illâ ad Academicum Tribunal referant.

5°. Indictæ sunt generales Universitatis supplicationes ad diem 20am hujus mensis.

Et ita Conclusit ampl. Rector.

Jacquin Rector.

Anno Dni 1770, die decimâ tertiâ Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis, quibus adfuere ipsi Concursus Judices. 13. Junii.

1°. Dixit amplissimus Rector vitia quædam in postremum concursum irrepsisse, quibus ut occurratur convocata

praesentia haberi Comitia. Litteris quidem Patentibus in aggregationis institutionem datis cautum esse, tum ut Doctores aggregati officii sui partes diligenter implerent; tum ut assidue Parisiis commorarentur, et ab urbe plus quam tres menses non discederent, sine licentia Tribunalis academici. At constitutas sibi illas Leges ab aliquibus aggregatis non observari. In posterioe nimirum concursu MM. Bontemps et Bihet, ne semel quidem stitisse se praesentes exercitationibus; immo M. Bontemps ita rerum suarum esse negligentem, ut mensibus Januario et aprili proximé elapsis ad Nuntiatuum Quaestorem non accesserit, summam Doctoribus aggregatis in singula trimestria numerari solitam accepturus; unde suspicio oritur, eum, sine licentia, ab urbe discessisse. Audito super eâ re M. Franc. Nicolao Guerin Syndico; Lecto Titulo IX.º Litterarum Patentium datarum die 10. Augusti 1766, rogatis dictisque sententiis Placuit. 1º Magistros Bontemps et Bihet eâ mulctâ plecti, quae ex art. X.º dicti tituli constituitur pro iis qui ab exercitationibus absunt tribus vicibus; adeóque mandari M. Germain, Nuntiatuum Quaestori, ut proximo Trimestri, annua eorum stipendia summâ quinquaginta Libellarum seu quartâ parte circumcidat, et mulctatitiam illam summam in massam communem refundat ac distribuat. 2º ut si quam in manibus habet stipendii annui partem Mgro Bontems reservatam, eam ne amittat, donec aliter judicatum fuerit. 3º Nominari Deputatos, qui certas Leges proponant, ex quibus judicari possit utrum Doctores aggregati fixam sedem habeant in hac urbe; deinde, quo habitu decenti iidem praesentes se sistere debeant academicis exercitationibus. atque hanc in rem nominati sunt M. Desmares, Normaniae Procurator, et M. Camyer, antiquus Rector/.

2º Sub Beneplacito praeclarae artium facultatis designati sunt Concertationum Academicarum Praesides et Arbitri in hunc annum./.

In Rhetoricâ.

Praesides.. — MM. Sencier et Le Bel./

Arbitri 1º { MM. Lallemant, Lambert, Mazeas, Hamelin/
2º { MM. Furgault, Guerin, Quervelle Maltor/

In Secundo ordine.

Praesides.. MM. Maupas et Vallet/

arbitri 1º { MM. Le Roy, Louvet, Guyot. Jacquin./
2º { MM. Dagoumer, Coger, darragon, Le Vasseur/

Quarante trois

Junio

In tertio Ordine.

Praesides — MM. Desmales et Picart.

Arbitri 1° MM. St Joirre, Boutillier, Cerisier, Dupuy.
2° MM. Genien, Mouton, Maupas, L'Eveque.

In quarto ordine.

Praesides MM. Sanson et Mercier.

Arbitri MM. Lhomond, Treguer, Carré, Rousset.

In quinto Ordine.

Praesides MM. Noguette et Dubosq

Arbitri MM. Dairmay, Desres, Grenier, Sejan.

In sexto ordine.

Praesides.. MM. Gaudet et Varin.

Arbitri.. MM. Patin, Haüy, Beusbocq, et Potel.

Et ita Conclusit amplissimus Rector.

Jacquin Rector.

Anno dñi 1770, die vigesimâ Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni Conturiata Universitatis Comitia, ad sacras supplicationes. 20. Junii

Primum in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris nominationis, jure magisterii artium et quinquennii MM. Ludovicus Josephus Maria Le Fevre, Presbyter Audomarensis et Joannes Claudius Aubert, Presbyter Parisinus, de quibus retulit M. Guerin Syndicus, in eorum supplicationibus nihil desiderari, Quo audito, placuit suum illis postulatum concedi.

Deinde itum est in Comitium, ubi, post habitam ab ampl. Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuere quae gessit in suo Trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decrevere: amplissimum insuper polliciti sunt Comitatum ritè processuro ad aedem Deo Salvatori sacram.

Ibi Pontificem egit M. Jacquin, Doctor Theologus, Ecclesiae Pastor: Orationem sacram habuit ad populum M. Desplasses item Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. de Lisle, humanitatis Professor in Marchiano.

Et ita Conclusit ampl. Rector.

Jacquin Rector

Junio ——

23. Junii

Anno dni 1770, die vigesimâ tertiâ Junii, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici-Magni.

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, in quâ de Bibliothecâ academicâ proxime juris publici facienda non sine aliquo sumptu et apparatu, pro rei gravitate et academiae Dignitate, peroravit elegantissimé; factâ

Le Crosnier

supplicandi potestate, primum in medium processit, ac deinde ad latus redit Vir Clar. M. Joannes Georget, Licent. Theologus, Philosophiae Professor Emeritus, et antiquae Collegii Cenomanensis Primarius, vicariamque vocem commodavit Michaëli Le Crosnier, Presbytero Cenomanensi, Baccalaureo Theologo, Discipulo et Alumno quondam suo; ob graves in Nosocomio Cenomanensium occupationes à Comitiis absenti; ejusque nomine postulavit ut pronomen amandus in actis academicis sibi perperam attributum deleatur. Protulit autem testimonium Illust. ac Reverendiss. in Christo Patris DD. Ludovici Andreae de Grimaldy, Cenomanensium Episcopi, quo constat M. Michaelem Le Crosnier non poste impositi ministerii munia, etiam ad breve tempus, sine magno pauperum detrimento deserere. Deinde, suppli-

Despinai

carunt, pro reformandis nominibus, Joannes Despinai, acolythus Rothomagensis; Jacobus Fraerius de Blois

de Blois

Clericus Trecensis, ut deleatur de Limoux: Petrus Morcamp,

Morcamp.

clericus Rothomagensis /. Ludovicus-Antonius Pechillon,

Pechillon.

Diaconus Engolismensis, ut omissum praenomen Ludovicus

Gonnet

restituatur: Joannes-Jacobus Gonnet, clericus Claromontensis,

Gillet de Vallecay

ut addatur omissum cognomentum Joannes: Joannes-Jacobus-Franciscus Gillet de Vallecay, ut omissum cognomentum de Vallecay restituatur: Valarius Becquet, Diac-

Becquet.

ambianensis, ut Valarius scribatur loco Valerii: Claudius

Seguin de Vaivre

Ludovicus Seguin de Vaivre, Presbyter Bisuntinus, ut nomen de Vaivre in uno Catalogo restituatur; Clemens

Guesnier.

Jacobus Josephus Guesnier, ut nomen varié scriptum reformetur; pro immunitate ab onere scribendi; Isaacus Canteret

Canteret

Bellovacus, propter tussim importunam et expectorationem à superioribus Paschalibus ingravescentem, testante M.

de Gilier

Belleteste, Doctore Medico Parisiensi: Carolus Ferdinandus de Gilier, clericus Viennensis, ob oculorum inflammationem è variolarum morbo residuam, quam scripto testatur M. Coste, Doct. Medicus Parisiensis; pro restituendo nomine in

Guilleminet,

uno Catalogorum Joannes-Antonius Guilleminet, propter absentiam è morbo natam, amisso, rem testante M.

1770 Junio —

Dorigny, Doctore medico Parisiensi; denique, ut biennium Cordonii confectum pro uno anno computetur Petrus Nigault de Lécange, Diaconus Constantiensis, et Franciscus Ludovicus Le Tuet, Diaconus Bajocœus./. Nigault de Lecange Le Tuet.

Audito de Supplicibus et de Sumptibus in instaurationem Bibliothecæ Syndico, ampl. Rector dimisit Nationes, ut deliberarent, de Supplicibus, Quatuor-Viri et ratihabitione eorum quæ gessit./.

Nationes Digressæ ac deinde regressæ per ornatiss. Procuratores retulerunt 1° à se indulgeri Supplicibus. 2° confirmari Quatuor-Viros mane electos, scilicet pro honorandâ Natione, M. Antonium Seguy, Philosophiæ Professorem in Marchiano: pro fidelissimâ, M. Binet, Rhetoricæ Professorem in Sorbonæ Plessæo; pro Venerâ M. Gardin Dumesnil, Primarium Collegii Ludovici Magni, et M. S. Joivre, humanitatis professorem in Marchiano. 3° rata et grata haberi quæcumque gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, eoque nomine Litteras commendatilias ipsi decerni. At de Bibliothecâ Academicâ non consensere; quo apparatu instauratio ejus facienda esset, deinde ex quonam ærario sumptus illi essent repetendi; ita ut alii ordines Deputatos in id nominarent, alii verò silerent./.

Quatuor-Viri, præstito inter manus Rectoris Sacramento Conclave ingressi sunt; unde digressi per M. Seguy retulerunt à se prorogatos fuisse fasces Rectoriæ DD. Stephano Jacquin, Rectori./.

Quæ prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata et confirmata est.

Et ita Conclusit ampl. Rector./.

Jacquin Rector./

Anno dni 1770, die vigesimâ-octavâ Junii, habitâ sunt, in Collegio Ludovici magni, Extra-ordinaria Deputatorum Præclaræ artium Facultatis Comitia, ad eligendum unum è Viris Academicis, qui Collegium Regium Flexiense adeat, ac Lustret, nomine Universitatis./. 28. Junii

1° Quod articulo 7. Litterarum Patentium datarum die 7a. aprilis 1767, Dictum est, L'enseignement et les exercices des Classes de Notre College de la Fleche seront conformes en tout à l'enseignement et aux exercices de Notre Université de Paris..... Et art. 7°. Pour assurer l'execution de l'article precedent, Voulons que, tous les ans, il soit nommé par Le

Junio

Tribunal de la faculté des arts de notre-université, un Commissaire academique, pour y dresser procès-verbal concernant l'ordre et la discipline des Etudes seulement, et y corriger les abus qui pourroient s'y introduire. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit nominari M. Guidonem-Antonium Fourneau, antiquum academiæ Rectorem, ejusdemque scribam, qui Universitatis Parisiensis nomine et jussu Collegium Flexiense, hoc anno 1770, adeat ac singula exequatur, quæ duobus articulis præcedentibus præscripta sunt, ac de iis ad Tribunal academicum referat./

2° Lecta est Epistola Illustrissimi Ducis DD. De Choiseul, rerum bellicarum et exterarum administri ad amplissimum Rectorem, de Lustratione Collegii Flexiensis; eamque in Commentariis describi placuit./

3° Quod Vir Clar. M. Hure, Vir Procuratorius, et parvæ, ut aiunt, Communitatis S. Nicolai è Carducto Superior, dixit, M. Moiroud unum è Doctoribus aggregatis ad primum ordinem, continuò morbo laborare, ipsumque non posse sistere se præsentem ad obtinendam licentiam extrà urbem commorandi valetudinis restituendæ causâ; adeòque se loco ejus supplicationem instituere: Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit supplicationem admitti; atque fieri potestatem M. Moiroud commorandi extrà urbem per sex menses valetudinis restituendæ causâ.

Et ita ab amplo Rectore conclusum est./

Jacquin Rector.

A Versailles le 23 avril 1770.

J'ai reçu, Monsieur, la copie du procès verbal de la visite que M. le Bel a faite du College de la Fleche au mois d'octobre dernier. Je ne puis être que satisfait des details que ce procès verbal renferme; mais je vous avoue que je le serois davantage, si M. Le Bel, à l'exemple de ses deux prédecesseurs avoit examiné les études interieures du Pensionnat de même que ceux qui les dirigent en qualité de sous-maitres. Comme c'est du choix de ces sous-maitres que dependent les succès des Etudes, je desire qu'il ne se glisse aucun abus dans ce choix, et que l'université s'en assure autant que cela sera possible. Vous voudrés donc bien ne pas negliger cet article dans les instructions qui seront données au Commissaire que l'université deputera cette année au Collège de la Fleche./

J'ay l'honneur d'être très parfaitement, Monsieur, Votre très humble et très obeissant serviteur Signé Le Duc de Choiseul./

Inscriptio erat a M. Jacquin Recteur de l'université de Paris

Quarente Cinq

1770. Julio — Aug.o —

Anno dni 1770, die Septimâ Julii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis; in quibus M. Girault de Kxoudou vices gestet Scribae absentis/. 7. Julii

1.o Supplicavit pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Raymundus Petiniaud, Diaconus Lemovix; de eo relutit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quas audivit, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab eo fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; Audito Syndico, Placuit, suum praef. supplici postulatum concedi/.

2.o Accessit ad Tribunal academicum V. C. M. Paulus-Hamelin, Bibliothecae academicae Praefectus, ac dixit, usu communi receptum est in omnibus Bibliothecis, quae sunt juris publici, ut Librorum Loculamenta chlatris aeneis aut ferreis ita muniantur, ut ne quis in eos manum possit injicere; itaque postulare se easdem adhiberi cautiones in academicâ Bibliothecâ. Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Placuit Bibliothecario suum postulatum concedi; atque res ejus prudentiae permissa est, adhibito in consilium M. Le Bel, Quaestore/.

3.o Quod Tribunal academicum integerrimo quaestori mandaverat, ut libros ad usum Scholae Ribodimontensis mitteret: Cives autem Ribodimontenses publicum remiserant instrumentum, quo constat sibi fuisse factum satis; Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Placuit praed. instrumentum in Tabulario Deponi et servari/.

4.o Quod vir Clar. M. Addet, Doctor medicus Parisiensis iterum atque iterum petit, ut Universitas sibi opem ferat adversus Publicanos defendenti immunitatem, quae est Virorum academicorum, ab onere plebeio, (gallicé les Francs Fiefs): Mandatum est M. Francisco Guerin, Syndico, ut ea de re prius consulat Jurisperitos, eorumque sententiam referat./

Et ita conclusit amplis.s Rector/

Jacquin Rector.

Anno dni 1770, die quartâ Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/ 4. Aug.o

1.o Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Petrus Chapoulaud, Presbyter Lemovicensis; Josephus-Romanus Consolin, Diaconus Vasionensis;

Aug°

Dixit Syndicus se vidisse Litterar Magisterii, ac Parochi, quibus constat de illorum aetate, caetera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico Placuit 1° binos nominari é singulis tribus Judicum ordinibus deputatos, qui de Candidatorum moribus inquirant, et ad proxima Comitia referant; scilicet, pro primâ Classe, MM. Georget et Camyer: pro secundâ, MM. Le Bel et Herivaux; pro tertiâ, MM Mouton et Maupas. 2° inter deputatorum manus á Syndico tradita sunt instrumenta á candidatis prolata/

Et ita Conclusit ampl. Rector/.

Digressis Concursûs Judicibus, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis; in quibus Cum ampl. Rectore et orn. Procuratoribus, consederunt bini seniores Magistri é singulis nationibus./.

In his Lectus est processus Verbalis, ut aiunt, eorum quae anno proximé elapso 1770, apud Regium flexiense Collegium gesta sunt, cum Ego antiquus Rector, ab Universitate Deputatus, ejusdem nomine, dictum Collegium Lustrarem./ Quo quidem Lecto, audito que meritissimo Syndico; Placuit 1° supradictum Libellum laudari et approbari, eundem que mitti ad Illustrissimum rerum Bellicarum administrum DD.

Seixante Sept

1771. Aprili

GEN. DE PARIS

2° quod Litterarias Concertationes inter Selectos Rhetoricæ, Humanitatis, litterarum et Grammaticæ athletas, ego instituendas judicavi; unde Universitatis de Studiis flexiensibus judicium ipsa ferret: Placuit institutionem hanc laudari et servari./.

Et ita Conclusit ampl. Rector./.

Anno dni 1771, die quartâ mensis Aprilis, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium facultatis et arbitrorum ad concursum proximé imminentem selectorum, in Collegio Ludovici-Magni./. 4 aprilis.

1° Auditi sunt Deputati è singulis Philosophorum, Rhetorum et Grammaticorum ordinibus de vitâ et moribus Candidatorum qui postremis in Comitiis renuntiati sunt à Meritissimo Syndico inter Candidatos ad concursum proximum; ex quorum relatione constat, ipsos adiisse viros probitate conspicuos; à quibus, quæ scripto Candidati, eâdem ipsi Deputati vivâ voce luculenta honestæ vitæ et sanæ Doctrinæ Candidatorum testimonia retulerunt. Quibus auditis; Placuit 1° suum præfatis supplicibus postulatum concedi. 2° In Commentarios referri, ac typis mandari tabulam Magistrorum illorum ad singulas aggregationis ordines contendentium, in hunc annum Mdcc.Lxxi./.

2° Rogari V. C. M. Vallé, Professorem Emeritum, ut quam præclaræ artium facultati, anno proximé elapso, operam, in distribuendis sportulis, eandem hoc anno adhibere pergat./.

Et ita conclusit ampl. Rector./.

Anno dni 1771, die sextâ mensis Aprilis, habita sunt in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum universitatis ordinaria. 6. Apr.

1° Nullus accessit supplex.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Auditæ, expensæ et approbatæ sunt rationes accepti et expensi, per decursum anni proximé elapsi 1770, in iis quæ sunt solemnis præmiorum academicorum distributioni; ex quibus constat residuam esse summam ducentarum libellarum supra quatuordecim libras, duodeviginti solidos et undecim denarios; quam quidem placuit inter manus M. Francisci-Michaelis Le Bel, Quæstoris relinque./

Aprili

4° Quód constat novum Tributum in rem Librariam proximé imminere; quód que super hoc Libellus Memorialis à Librariis Parisiensibus Confectus, idem que Illustrissimo Galliarum Cancellario oblatus. requirentibus, ut ne Universitas suos deserat: Placuit, Librarios omni ope atque opera adjuvari. Rogari tamen Amplissimum Rectorem, et Meritissimum Syndicum, ut eâ de re priùs conferant cum Syndico et adjunctis rei Librariæ, et ad Tribunal academicum referant/.

Et ita Conclusit ampl. Rector/.

9. Aprilis. Anno dni 1771. die nonâ mensis aprilis, horâ septimâ Matutinâ, (Feriâ nimirùm tertiâ post Dominicam in Albis,) habita est, in Collegio Ludovici Magni, Synodus Beneficiatorum Universitatis/.

Postquam Synodum, habitâ oratione, aperuit amplissimus Rector, Beneficiati per Academicum Scribam hoc ordine appellati sunt/

Pastores
Ecclesiarum Parochialium

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. andreæ ab arcubus/

M. Joannes Baptista antonius Cotelle, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Germani Veteris, Licent. Theologus./

M. Joannes Franciscus de La Roue, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis SS. Cosmæ et Damiani/.

Capellani.

M. Nicolaus Louvel, Doctor Theologus, Provisor et Primarius harcurianus, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ, in Ecclesiâ Parochiali S. andreæ ab arcubus/.

Capellani
Capellaniarum Savoësianarum./

M. Petrus Stephanus Gourlin, Baccalaureus Theologus/

M. antonius Le Clerc, Bacc. Theol.

M. Mathurinus Le Vicquet du Fresne Lic. in Utroque Jure/.

M. antonius Vicaire, antiquus Rector, et Rhetoricæ Prof. in Regiâ Navarrâ/

M. Josephus de St. Joire, Baccal. Theologus et humanitatis Professor in Marchiano/.

1771. aprili

Soixante huit

Capellani
Capellaniarum de Castelleto.

M. Julianus Chabrun, Bac. Theol./
M. Alcymus Lottin, Doct. in Utroque Jure/
M. Durand, in art. Magister

de Thesauro Regio

M. Franciscus Witasse de Fontaine, Lic. Th.
M. Franc. Mont-chablon, Presb. Catalaunenses/

Abfuere MM Legeo, Cotelle, Le Nicquet du fresne, Witasse, Mont chablon et Durand; M. Legeo ob gravis hm. morbum, cæteri excusari se postularunt.

Audito Syndico, Placuit præsentes Laudari; absentes, qui sonticam attulere causam excusari; cæteros solitâ multâ plecti./

Et ita conclusit ampl. Rector/

Eâdem die, horâ nonâ matutinâ, congregata est præclara artium facultas, in Collegio Ludovici Magni, ad aperiendum concursum. 9. apr.

Primùm amplissimus Rector, Procuratores Nationum, officiarii Majores Universitatis, Nationum Deputati, Selecti concursûs Judices interfuerunt solemni sacro, de Spiritu Sancto, quod, post decantatum hymnum Veni-Creator, in Sacello Collegii, celebratum est. Pontificem egit M. Dair-Major, Professor Emeritus, unus è concursûs Judicibus/.

Inde ad aulam academicam processum est, ubi, præsente et annuente præclarâ Artium Facultate, orationem latinam habuit M. Daireaux, Doctor aggregatus ad secundum ordinem: Carmen vero Latiné recitavit.

Posteà, Ego Scriba, gubente amplissimo Rectore, recitavi nomina Magistrorum in Artibus, ad aggregationem, anno præsenti, contendentium, hoc ordine/

Nomina et Ordo
Magistrorum in Artibus.
Ad singulos aggregationis Ordines contendentium,
anno MDCC.LXXI.

Ad Primum Ordinem.

M. Dionysius Fournier, Diaconus Rothomagensis/.

Aprili

Ad Secundum Ordinem./

M. Petrus Lud. Couanier de La Genais, Rhedonensis, aggregatus ad tertium ordinem./

M. Petrus-Remigius-antonius-Guillelmus Gueroult, clericus Rothomagæus/

M. Joan-Truffer, clericus Constantiensis/

M. Joannes franc-Gosse, acolythus Parisinus/.

M. Carolus. albertus de Lestré, acol. atrebatensis/.

M. angelus franc. Sariau, Blesæus/.

M. Joan-franc. de Noyelle, clericus Noviomensis/

Ad Tertium ordinem./.

M. Claudius ducreux, augustodunensis/.

M. Joan-Bapt. Dubois, cler. ambianensis/.

M. Lud. Tillaux, cler. Rothomagensis/

M. Jacobus Merigon, cler. Parisinus/.

M. Bernardus-Paschalis Guynemer, Parisinus/.

Fourneau
un-Ariba

10. Aprilis

Anno dni 1771., die decimâ aprilis, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Selectorum Concursûs Judicum, in quibus suæ singulis Candidatis distribuerentur exercitationes/

Prima Exercitatio
Mense aprili

Die Jovis undecimâ, Philosophi de Metaphysicis aut moralibus disserent: Rhetores scribent orationem Latiné: Grammatici, Gallicum sermonem in Latinum vertent./

Die Sabbati 13ª, Philosophi de Physicis disserent. Rhetores, Carmen scribent Latiné: Grammatici, orationem Latinam in Gallicam convertent./

Die Lunæ 15ª Grammatici orationem Græcam in Gallicam convertent/

Secunda Exercitatio.
Mense aprili

Die Lunæ 29. Mané M. Petr. Lud Couanier de La Genais, Rhedonensis, in orat. pro Marcello: T. Livii Lib. I., et Iliados Lib. Iᵘᵐ/.

vesperé, M. Petrus-Remig. ant. Guill. Gueroult, cler. Rothᵒˢⁱˢ, in Iᵃᵐ Demosth. Philip.: T. Livii Lib. 2ᵘᵐ, et Æneidos, Lib. 1ᵘᵐ/.

Soixante neuf.

1771. Aprili

Die Martis 30. mane, M. Dionysius Franciscus Fournier, Diac. Rotom. de Logica, Metaphysica et Moralibus disputabit.

Vespere, M. Claudius Dureux, Augustodunensis in Lib. 3um de officiis; Georgicorum Librum 4um, et Luciani Timonem.

Mense Maio.

Die Jovis 2a, mane. M. Joan. Trusser, Constantiensis in Orat. pro Ligario: T. Livii Librum 3um, et Iliad. Lib. 3um.

Vespere, M. Joannes Franc. Goste, Aurel. Parisinus, in 4am Demost. Phil.; T. Liv. Lib. 7um, et Aeneid. Lib. 4um.

Die veneris 3a, M. Joan. Bapt. Dubois, Cler. Ambian. in Lib. 2um de officiis, Virgilii Bucol., et Luciani somnium.; horis Matutinis.

Vespertinis; M. Lud. Villaux, clericus Rotomagensis, in Dialogum de Senectute; Terentii Andriam; et Cyroped. Lib. 2um.

Die Sabbati 4a Mane. M. Carolus Lud. Albertus de Lestre, Aurel. Atrebatensis, in 2am Demost. Philippicam; T. Liv. Lib. 4um; et Aeneidos Lib. 2um.

Die Lunae 6a Mane, vespere, M. Angelus Franc. Sarian, Blesensis, in Orat. pro Deiotaro: T. Livii Lib. 6um, et Iliad. Lib. 6um.

Die Lunae 6a, vespere, M. Joan. Franc. de Noyelle, Noviomensis, in Demosth. Philippo 3am; T. Livii Lib. 5um; Aeneid. Lib. 3um.

Die Martis. 7a mane, M. Joannes Jos. Robertus Barbier, Rotom. in Q. Curtii Lib. 5. et 6.; Metamorph. Lib. 3um, et Horat. Orat. ad Demonicum.

Vespere M. Fournier, de Mathesi et Physica.

Die Mercurii 8. mane, M. Bernardus Paschalis Guyneuer, Parisinus, in Dialog. de amicitia, Terent. Adelphos, et Luciani Catonem.

Tertia Lacerātatio

Mense Maio.

Die Mercurii 8a, mane M. B. f. Fournier, pro Conciliando Dei Sapientiā cum Origine Mali.

Aprili — Maio

Die Mercurii 8a vesperé. 1o M. Ducreux in Eclog. 4am Virgilii, et Prosodiæ Leges. 2o M. Dubois in Andriæ Scenam 1am et Linguæ Græcæ Principia.

Die Sabb. 11a, Mané. 1o M. Couanier de La Genais, de genere Judiciali. 2o M. Guerault, de Partibus orationis. 3o vesperé. 1o M. Barbier, in Scenam 1am Adelphorum et Linguæ Latinæ Principia. 2o M. Tillaux, in Cap. 5. et 6. de amicitiâ, et Reg. generales Grammaticæ. 3o M. Guynemer, in fab. 10. et 11. L. 3. Metamorph., et Leges Participiorum Gallicorum.

vesperé. M. Truffer de genere deliberativo; et Gosse, de Laudativo.

Die Lunæ 13. M. de Lestré, de Locis communibus. — M. Fariau, de Drammatico genere. M. de Noyelle, de Tropis et Figuris.

Et ita conclusit amplissimus Rector.

4. Maii — Anno dni 1771, die quarta Mensis Maii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni.

1o. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Petrus Coquatrix, clericus Rothomagæus, et F. Stephanus Godard, Presbyter Divionæus, Strictæ observantiæ Ordinis Cluniacensis expressè Professus, de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit se videsse tam earum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, Legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico Flavit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2o. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

3o. Lecta et approbata est Tabula Virorum Academicorum quibus solitum est in singulos annos apud Urbis Basilicam tributum viritim impositum solvere.

Et ita super his tribus Capitibus audito Syndico ab amplissimo Rectore conclusum est.

Soixante dix.

1771. Maio

Anno Dñi 1771, die vigesimâ quintâ Maii, congregata est peculara Artium Facultas, in Collegio Ludovici Magni, ad claudendum conventum. 25. Maii –

Postquam solenne sacrum, solito ritu, peractum est, Cantatusque hymnus Eucharisticus Te Deum: itum est in Comitium, ubi peroravit latiné M. Jacobus Claudius Mallet, Doctor aggregatus ad secundum ordinem; Carmen verò latiné recitavit

Posteà novi aggregati à meo Scribâ appellati sunt, hoc ordine.

Nomina
Doctorum in Artibus aggregatorum.
die 25. Maii, anno M. dcc. LXXI.

ad Primum ordinem.

M. Dionysius-Franciscus Fournier, Diaconus Rothomagensis.

Ad Secundum Ordinem.

M. Petrus-Ludovicus Collarier de la Genaie, Rhedonensis.

M. Petrus-Remigius-Antonius-Guillelmus Gueroult, clericus Rothomagensis.

M. Joannes Traffer, clericus Constantiensis.

M. Joannes-Franciscus Gosse, acolythus Parisinus.

M. Carolus-Ludovicus-Albertus de Lestoc, acolythus atrebatensis.

M. Joannes-Franciscus de Noyelle, clericus Ambianensis.

Ad tertium Ordinem

M. Joannes-Baptista Dubois, clericus amb.

M. Ludovicus Villaux, clericus Rothomagensis.

Et sic soluta sum Comitia.

Journal
un Scriba.

Junio

1. Junii

Anno dñi 1771, die primâ Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis./.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Franciscus-Felix de Saul de Marbeuf, Presbyter Rothomagœus; Claudius-Barthelemy, Presb. Spirensis; Benedictus Vallette, Presb. Matisconensis, et Franciscus Ludovicus Le Cuat, Presbyter Bajocœus; de quibus retulit M. franc. nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magistrii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, his præf. Supplicibus postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° ad diem Mercurii decimam nonam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./

Et ita ab ampl. Rectore conclusum est./.

19. Junii

Anno dñi 1771, die decimâ nonâ mensis Junii, habita hora in Collegio Ludovici Magni, Comitia centuriata Universitatis ad Sacras Supplicationes./

Primum in aulâ Tribunali Academiæ consessum est, ubi Supplicavit pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium, et quinquennii M. Philippus Guillelmus Lecouffles, Diaconus Parisinus; de quo retulit merit. Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Duo audito Syndico Suum Supplicii postulatum concedi./.

Illum in se dimc in Comitium, ubi, post habitam ab ampl° Rectore Orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quæ gesta in suo Trimestri Magistratu; et quæ nomine ejus decreverunt Litteras Commendatitias; amplum que pollicti sunt Comitatum ritè processuro ad eadem Dei Sacram sub invocatione S^ti Germani-Altissiodorensis./.

Pontificem egit M. Kampy, Theologiæ Decanus: Orationem Sacram habuit ad Populum M. , Doctor-Theol. rogus: Eucharisticam ad Pontificem, M. Varin, Grammaticæ Professor in Marchano./.

Soixante onze

1771 - Julio — ~~Julio~~

Anno dni 1771, die sextâ Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni /. — 6 Julii

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes Baptista Jacobus Le Boucher des fontaines, clericus Bajocensis, et Joannes-Baptista Mauger, Presbyter Constantiensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta, ad hanc supplicationem requisita; in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit sua utrique supplici postulata concedi /.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3° Dies vigesimâ-nona hujus mensis indicta est excipiendis universitatis rationibus /.

4° Retulit M. Franc. Michael Le Bel, Quæstor, de multiplici reparationum genere, quas quantocius fieri postulat. Vir honestus Guillaumont, inquilinus. Audito Syndico, placuit, rem permitti prudentiæ Quæstoris et architecti /.

Et ita conclusit ampl. Rector /.

Anno dni 1771, die sabbati vigesimâ secundâ mensis Junii, habita sunt in Collegio Ludovici-Magni Comitia generalia præclaræ artium facultatis /. — 28 Junii

Post habitam ab ampl° Rectore orationem, factâ supplicandi potestate, pro immunitate ab onere scribendi codices Philosophicos Julianus-Paulus Ramond de S.t hilaire, clericus Monsalbanensis, propter frequentem narrium hæmorragiam, quam scripto testatur M. Gaultier, Doctor Medicus Parisiensis; Michael Duval Suessionensis, propter infirmitatem pectoris, testante M. Belleteste, Doctore Medico Parisiensi; Franciscus Maglone, clericus hybernus, ob infirmitatem pectoris, quam testatur M. Mac-mahon, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes Raison, Presb. æduensis, propter graves ventriculi dolores, testante M. Mac-mahon, Doctore Medico Parisiensi; Ut verò errores nominum emendentur, Raymundus Ludovicus-Bouleste, quòd scripserit Ludovicus-Nicolaus; Antonius Tayon, quod cognomen Petrus perperàm addiderit; F. Stephanus Joannes Maria Presbyter Niversus, Strictioris observantiæ ordinis Cluniacensis, quod prænominum ordinem inverterit: Alexander Benedictus Baillet, clericus Ambianensis, quòd in duobus Catalogis omiserit cognomentum Benedictus; Petrus Pagés de Vixousses, ut male scriptum in Catalogis nomen reformetur; Joannes-Baptista Josephus Thierry, quod omiserit cognomentum Josephus;

Ramond de S.t hilaire

Duval,

Maglone

Bouleste.

Tayon

Baillet

Pagés de Vixousses.

Thierry.

Junii — Julii

Anselin Le Gendre

Dausse.

Botentuit Langlois.

Claudius Antonius Anselin, clericus Bellovacus; et Petrus Petrus Philippus Le Gendre, ut eorumdem errores reformentur in Catalogo: Demùm ut omissa in Catalogis nomina restituantur. Paulus Ambrosius Dausse, Diaconus Rothomagensis; quod toto decembri mense morbo detentus fuerit, testante M. Corle, Doctore medico Parisiensi: Petrus Maltzurinus Botentuit Langlois, Parisinus, quod nomen in Catalogo scribae omissum, eatel inscriptum in Catalogo Professorii et Primarii.

Auditus est de Supplicibus M. Franciscus Nic. Guerin, Syndicus: at Gener. nationis Procurator, denuntiavit unum è Supplicantibus pro immunitate ab onere scribendi quamdam Rationem, Tertium Philosophicum jam confecisse; inimo stilo Latino cum Codicibus alienâ manu Scriptis, apud Censorem honorandi ordinis; quamvis immunitatem ab onere scribendi non obtenuisset.

Audito de Supplicibus, Syndico, antequam ampl. Rector nationes ad deliberandum dimitteret, M. Mouton, Tribus Bituricensis Decanus in honorandâ natione conquestus est, quòd unus è Tribulibus Turonensibus electus fuerit matutinis horis in Quadrum-Virum, cùm vices Tribus Remensis recurrerent; idem que petiit, ut causa priùs disceptaretur et judicaretur à Tribunali procerum artium facultatis, quàm deliberaretur de Confirmandis Quatuor Viris.

Discessit è Comitio ampl. Rector, cum ornatis binis quatuor Procuratoribus, et binis ex unâ quaque natione antiquioribus, atque in aulam honorandæ nationis processit. ibi causa hinc et inde agitata est; an licitet, Tribus Remensis designando Quatuor-Virum in Comitiis mensis Martii proximi elapso habitis; qui quidem neque confirmatus fuit, neque proinde ullos electoris vices obierit, suas vices complevisset. Audito Syndico, Dictum est, Tribum Remensem suas vices non complevisse. Et continuò Tribus Remensis recessit, et in Quadrum-Virum elegit M. Furgault; purpuratum que. exuit. M. Mayeas.

Rediit ad Comitium ampl. Rector, cum ornatissimis Procuratoribus: Nationes que dimisit, ut deliberarent 1º de Supplicibus. 2º de Confirmandis Quatuor-Viris. 3º de ratihabitione eorum quæ gesit.

Nationes dimissæ ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt. 1º Se Supplicibus omnibus indulgere, excepto Jerome Raison. 2º Confirmari à se Quatuor-Viros, scilicet, in honorandâ Natione M. Furgault, Professorem Emeritum in Mazarineo: in Fidissimâ, M. Le Bel, antiquum Rectorem: in Venerandâ, M. Desmares, Licentiatum Theologum: Approcuratorem; in Constantissimâ, M. Nuvan, Virum Procuratorium; 3º rata et grata habere quæcumque gessit ampl. Rector, in suo trimestri Magistratu, eoque nomine Litteras commendatitias ipsi decerni.

Quatuor-Viri, præstito inter manus Amplissimi Rectoris solito Sacramento, conclave ingressi sunt; unde digressi, per Magistrum

1771 Julio — Aug°

Furgault retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro amplissimo DD. Stephano Jacquin, Rectori.

Quae prorogatio ab omnibus statim nationibus, Laudata, approbata et confirmata fuit /

Et ita Conclusit amplissimus Rector /

Anno dni 1771, die vigesimâ nonâ mensis Junii, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, ad excipiendas rationes accepti et expensi ab integerrimo Quaestore, per decursum anni 1770. /. 29. Julii.

Quibus visis, expensis, approbatis et ab omnibus subsignatis, placuit summam residuam, inter manus Quaestoris relinqui, in usus Communes impendendam, et in proximas rationes annumerandam. Et ita Conclusit amplissimus Rector /.

Anno dni 1771, die tertiâ mensis augusti, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis ordinaria, in Collegio Ludovici-Magni. /. 3. Aug.s 1.

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M M. Ludovicus-Josephus Cousin, Presb. Parisinus: Ludovicus Cosson, Diac. Catalaunensis; Antonius-Franciscus-Fontaine, Diac. Boloniensis; Anna-Jacobus Thomas, Diac. Catalaunensis; Joannes-Paulus-Ambrosius Dausse, Diaconus Rothomagensis; Ludovicus-Nicolaus Demanché, Subdiaconus ambianus; Petrus-Ludovicus Bouillye, Diaconus-Rothomagensis; Michaël Maria Cabuchet, Diac. Lugdunensis; Bertrandus Dupuy, Acolythus Convenensis; Petrus Dufay, Subd. Boloniensis; Stanislaus Pillon, Diaconus Bellovacensis; Ludovicus-Bernardus Vorle, Acolythus-Augustodunensis; Philippus-Nicolaus-Franciscus Dufresnoy de la Motte, Diaconus Sylvanectinus; Jo-andreas Guillou de Kreusan, Diaconus Trecorensis; Joannes-Baptista-Thomas Bidault, Presbyter-Carnotensis; Carolus-Felix Beucher, Subdiaconus-Parisinus; Nicolaus Maillant Duchambet, Diaconus Claromontensis; Balduinus-Cornelius Vanderbroucke, Diaconus Audomarensis; Petrus-Antonius-Rudel, Presbyter Claromontensis; Jacobus-Bertrandus Honoratus Tiercelin, Presbyter Rothomagensis; Joannes-Franciscus Heluis, Diaconus-Parisinus; Florentius-Procopius Crescent, Diac. Audomarensis; Petrus-Josephus Brival, Diaconus-Tutelae; Jacobus Sejan, Acolythus Parisinus; Joannes-Laurentius-

Aug°

Caubet, Diaconus Parisinus; Augustinus Pelletier, Presbyter Bisuntinensis; Petrus-Nicolaus Le Taillandier, Subd. Rothomagoeus; Lud. Martinus Hocquet, Subdiac. Parisinus; Petrus-Maria Colbault, Subd. Parisinus; Stephanus Ludovicus de Bonnafos, Presbyter Sanflorensis; Petrus Borel, Diac. Sanflorensis; Franciscus Huon, Diac. Rothomagensis; Ludovicus-Spiritus Sapinaud, Diaconus Lucionensis; Jacobus-Nicolaus-Ludovicus de Mary, Diaconus Constantiensis; Raymundus Fabry de Landas, Acol. Aginnas; Franciscus Gaffié, Acol. Ruthenensis; Augustinus-Gregorius Boutroue, Acol. Carnutensis; Joannes-Mauritius Mollerat, Diac. Tullensis; Josephus de Fenieux, Subdiac. Lemovicensis; Philippus-Franciscus-Ludovicus-Josephus Lochtemberg, Diac. Audomarensis; Antonius-Franciscus-Josephus Coignion, Acolythus Boloniensis; Franciscus-Maria Quentin, Presbyter Trecorensis; Franciscus Maria Laridon, Subdiac. Corisopitaeus; Jacobus-Augustinus Le Masne du Pavillon, Subdiaconus Nannetensis; Joannes Sarrotty, Diaconus Mimatensis; Josephus-Carolus-Michael Cossoul, Subdiaconus Corisopitaeus; Ludovicus Robert, Presbyter Carnotensis; Augustinus de Bonnay, Diaconus Niversensis; Ludovicus Martin, Presbyter Parisiensis; Joannes-Baptista Lallard, Clericus Lugdunensis; Gaspardus-Bernardus Dechaux, Acolythus Divionaeus; Caesar-Ludovicus-Maria Huvino de Bourghelles, Acolythus Tornacensis; Ludovicus-Gaspardus de Seisel, Acolythus Bellicensis; Joannes Poyet, Presbyter Lugdunensis; Lazarus Boiteux, Presbyter Aeduus; Gaspardus de Cambis, Acolythus Glandatensis; Franciscus-Claudius Poignant, Subdiaconus Cenomanensis; Joannes-Leodegarius-Ludovicus Sielet, Presbyter Parisinus; Henricus d'Abbadie d'Arboucave, Clericus Lescarensis; Joannes Astruc, Acolythus Biterrensis; Bartholomaeus du Boille, Diaconus Ambianensis; Joannes-Baptista Maria Charion, Subdiac. Parisinus; Joannes Hennequet, Presbyter Rothomagensis; Joannes-Franciscus Procot, Diaconus Abrincensis; Joannes Brumauld de Beauregard, Subdiaconus Pictaviensis; Joannes-David Moulin, Acolythus Rothomagensis; Dionysius-Franciscus Fournier, Diaconus Rothomagensis. De quibus retulit, M. Franc. Nicol. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus, ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod Florentius Procopius Crescent nomina malé transposuerit: Gaspardus de Cambis malé addiderit Joannes-Baptista; et Henricus d'Abbadie d'Arboucave nomen gentilitium d'Abbadie incautus omiserit. Audito Syndico, placuit sua praefatis omnibus supplicibus postulata concedi; eâ lege tamen ut MM. Crescent, de Cambis et d'Arboucave errores nominum reformari curent/

Soixante treize

1771. Aug°

GEN. DE PARIS

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

Et ita conclusit Ampl. Rector.

Anno dñi 1771, die martis sextâ mensis Augusti, congregata est universitas, in domo Sorbonicâ, ad solemnem Praemiorum academicorum distributionem/. 6. Aug°

Post habitam, praesente et annuente supremo senatu, orationem à V. C. M. Petro Carolo Cosson, humanitatis Professore in Collegio Mazarinaeo, Praemia hoc ordine distributa sunt/

Praemium Eloquentiae Latinae

Magistris in artibus institutum a V. C. M. J. B. Coignard

Pro anno 1770, in hoc argumentum, Quales viri in argumenta publicarum laudationum proponendi sint/

Pro anno 1771. in illud. In Litterario cum exterarum Nationum Commercio quid sit quaerendum, quid cavendum/

Utrumque meritus et consecutus est Petrus Claudius Bernardus Gueroult, Rothomagaeus, Doctor aggregatus ad secundum ordinem, et submonitor in Collegio Harcuriano/

In Rhetorica.

Primum orationis latinae scriptae Praemium, inter Recentiores meritus est Ant. Gen. Gyrard, Vesuntinensis, è Col. Ludovici Magni.

Secundum Lud. à Deo datus de Briancourt, Veter. è Col. Montacutio./

Secundum, inter recent., Josep. franc. adhemarus Charbonnier, Valentinensis, è Montacutio/

Proximè accesserunt.

Josephus Le Riche,	Parisiensis,	è Plessaeo.
Car. Claud. Digoet,	Divionensis,	è Reg. Nav.
Mar. Ant. franc. Chivot,	Royanus,	è Grassinaeo.
Bonus Mich. de Baudre,	Bajocensis	è Grass.
Mich. Cauchois	Ebroicensis	è Cordin. in Montac.
Hubertus Luc. Seuchot,	Tullensis	è Sorb. Plest.
Claudius Mauritius Chanu,	Senonensis,	è Montac.
Bened. Souhaut	Virdunensis,	è Marchiano.
Henr. Jos. Gabriel Froissard	Caletanus	è Plessaeo.

Orationis Gallicae Praemium, inter veteranos Consecutus est idem Ludovicus à Deo Datus Briancourt, Venetensis è Montacutio/

Augo.

Primum ejusdem orationis, inter Recentiores, meritus est. Idem — J. F. A. Charbonnier, Val., é Montacutio/

Secundum Mauritius Chanu, Senonensis, é Montacutio

Proximé accesserunt.

Id. M. A. F. Chivot, Vel.	Royanus,	é Grast.
Id. B. M. de Baudre.	Bay.	é Grast
Lud. franc. Feval,	Suessionensis	é Plestæo.
Car. an. — Romé,		é Col. Lud. M.
Ad. Const. Lormeau,	Aurelianensis	é Plestæo —
Joan. Lud. fr. Chevele,		é Col. Lud. M.
Nic. Bouchard.	Lexoviensis,	é Mazarinæo.
Joan. Bapt. Mich. Saladin.	ambianus —	é Plestæo.
ant. Belmont,	anneciensis	é Mazarinæo/

Carminis Latiné scripti Præmium, inter V., meritus est Id. M. A. fr. Chivot, Royanus, é Grassinæo.

Primum, inter Recent., Mich. Cauchoix, é Card. in Mont./

Secundum, Michael-franc. Rolland, San-Dominicanus, é Col. Cardinaletio/

Proximé accesserunt.

Id. B. M. de Baudre —	Bay.	é Grast.
Id. Lud. franc. Feval.	Suest.	é Plestæo.
Id. H. J. G. Froissard,	Caletanus,	é Plestæo.
Joan. ant. Jos. Trinoq,	Laudunensis	é Montacutio.
Lud. Th. Buyrette,	Catalaunensis	é Marchiano.
Id. J. F. A. Charbonnier.	Valent —	é Montacutio,
Josephus-hen. La Perruque,	Parisinus	é Plestæo,
J. B. Quinque,	Lemovicensis,	é Plestæo
Id. Car. Claud. Digois,	Divionensis,	é Reg.ª Nav.ª

Orationis Latinæ in Gallicam Conversæ Præmium meritus est, inter V., Id. M. A. F. Chivot, Royanus, é Grassinæo

Primum, inter R., Pet. Jos. Luc. Dreux, Turonicus, é Marchiano/

Secundum, Dionys. Desprès, Divionæus, é Mazarinæo/

Proximé accesserunt./

Id. J. F. A. Charbonnier —	Val.	é Montacutio
Id. A. G. Girard,	Vesant —	é Col. Lud. M.
Id. Leodadus de Briancourt,	Venet.	é Montacutio,
Id. Hub. Luc. Peuchot,	Tullensis,	é Plestæo.
Id. Dionys. Maurit. Chanu,	Senonensis	é Montacutio.
Id. Lud. Thomas Buyrette,	Catalaunensis,	é Marchiano.
ant. Joan. Chris. Quatremere,	Parisinus,	é Col. Lud. Magni.
Claudius Percheron,	Parisinensis,	é Montacutio.
Id. Carolus Claud. Digois,	Divionæus,	é Reg. Navarrã

Soixante quatorze

1771 Aug°

Primum orationis Græcæ, in Gallicam conversæ Præmium meritus est, id. J. f. A. Charbonnier, Valent. é Montacutio/

Secundum, id. D. M. Chanu, Senonensis, é Montacutio/

Proximé accesserunt.

Jo. Lu. A. D. de Briancourt,	Ven.	é Montacutio.
Bern. Julien,	Delphinensis,	é Grass.
Jo. B. fr. Dauphin,	Tullensis,	é Marchiano.
Jo. M. A. f. Chivot,	Royanus	é Grass.
Jo. M. f. Rolland,	San-Domin.	é Cardinal.
Jo. A. G. Girard,	Vesunt.	é Col. Lud. M.
Jo. B. M. de Baudre,	Bajocensis,	é Grassinæo.
Jo. J. B. D. Desprès,	Divionæus,	é Mazarinæo.
Jac. Tournaire,	Parisinus,	é Lexovæo.
J. f. de Flocq,	Meldensis	é Montacutio/

In Secundo Ordine./

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Franciscus Le Cerf, Ebroïcensis, é Col. Lexovæo.

Secundum, Lud. Loriot, Sagiensis, é Lexovæo.

Proximé accesserunt.

Gabriel Theod. Martin	San-Quint.	é Montacutio.
Renatus Franc. Le Normand,	Carnutensis,	é Montacutio
Ph. hub. Mar. de la haye de Fosseuse,	Attrebas,	é Cardinalitio,
Franc. Caro. de Franclieu,	Parisinus,	ex Harcurio.
Theodorus Duany,	Hibernus,	é Plessæo.
Nicol. Bourgeois,	Carnutæus,	é Montacutio.

Primum Carminis latiné Scripti præmium meritus est Joan. Thomas Pelletier, Vesuntinensis, é Col. Lud. Magni/

Secundum, Theodorus Duany, Hibernus, é Sorb. Plessæo/

Proximé accesserunt/.

Michael Charles Carnutæus	é Plessæo.
Lud. Le Sueur, Belloracensis,	é Plessæo.
Car. Nicolaus Tocquot, Virdunensis,	é Marchiano.
Joannes Hallinan Hibernus	é Plessæo.
Joan. Bapt. Paillehoux, Santonensis,	é Col. Lud. Mag.
Jo. Lud. Loriot, Sagiensis,	é Lexovæo/

Aug°

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Joannes-Baptista Paillehoux, Santonensis, è Col-Lud. Magni./

Secundum, Jo. fr. Le Cerf, Ebroicensis, è Lexovæo./

Proximè accesserunt.

Sylvester Gouxan, hibernus — è Plessæo.
Th. Car. al. Jehanne, Bajocæus — è Col-Lud. Mag.
Lud. Clement Constantiensis — ex hercurio
Jo. N. C. Tocquot, Virdunensis — è Marchiano.
Jo. Lud. Le Sueur, Bellovacensis, — è Plessæo.
Lud. des Marets de Montchaton, Constantiensis, è Montaucho./

Primum orat. Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Petrus-Jacobus Michael Charles, Carnutæus. è Sorb-Plessæo.

Secundum meritus est Joannes-Maria Herault de Sechelles, Parisinus, ex hercurio/

Proximè accesserunt./

Lud. Joan. Dodemant, Suessionensis, è Plessæo.
franc. Le Cerf. Ebroicensis — è Lexovæo.
Claudius-franc. Devaux, Dormanus, — è Col-Lud. Magni.
Lud. franc. des marets de Montchaton, Constan. — è Montacutio.
P. h. M. de La Haye de fosseuse, attrebas, — è Cardinalitio.
J. A. C. Germain, Mariæburgensis, — è Montacutio

In Tertio Ordine./

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Joannes-franc. Collin, Carnutensis, è Lexovæo/

Secundum, Bertrandus Grassaval, Petrocorensis, è Cardinalitio

Proximè accesserunt./

Lud. Jos. Th. Hennequierre, San-Quint. — è Montacutio
Jo. franc. L'hardy, Parisinus, — è Plessæo.
fr. Gail Stan. Andrieux, argentinus, — è Cardinalitio.
Lud. Steph. Bornicle, Dormanus, — è Col-Lud. Magni
J. fr. Le Pape de Belair, Trecornensis, — è Sorb-Plessæo.
D. P. Mangin, Parisinus, — è Montacutio.
J. fr. Riquier, ambianensis, — è Col-Lud. M.

Primum orat. Latinæ in Gal. conversæ Præmium meritus est Edm. Steph. Mollereau, Senonensis, è ~~Cardinalit~~ Grassinæo

Secundum, franc. Bertinot, Parisinus, ex hercurio./

Proximè accesserunt./

Nicol. Augustus de La Corne, Rotomagensis, — è Plessæo
Jo. B. P. M. Rignolet, Augustodunensis, — è Grassinæo/

Soixante quinze

Aug°

Nicolaus-Robé, Ebroicensis, é Montacutio.
J. F. Ribare, Rothomagensis, ex harcurio.
C. M. de Maury de la Myre, Parisinus é Cardinalitio.
Carol-Maria Rouillard, Parisinus, é Marchiano.

Primum orationis Græcæ in Latin. Conversæ Præmium meritus est Edm. Aug. Frecot, Parisinus, é Plestæo./

Secundum, Jo. Fr. Collin, Carnutensis, é Lexovæo./

Proximé accesserunt.

Quint.us Hen. Henquet, Noviomensis, é Montacutio.
Edmund. St. Mollereau, Senonensis, é Grassinæo./
Joan-Andreas Heriot, Parisinus - é Col. Lud. M.
Joan-Franc. L'Hardy, Parisinus - é Plestæo.
Petrus-Nicolaus Freulon, Cenomanensis, é Col. Lud. M.
Lud-Franc. Jos. Michaël Noël, Parisiensis, é Mazarinæo./

In Quarto Ordine.

Primum orat. Gallicæ in Lat. Scriptæ Præmium meritus est Pet. Jac. Hypp. Chartier, Senonensis, é Plestæo/

Secundum, Joan. Bertrand, Ebroicensis, é Lexovæo./

Prox.é accesserunt.

Franc. Cochet - — Melodunensis é Montacutio.
Car. Mar. de Monet, Parisiensis - — é Reg. Navarrâ.
Alex. Sim. Bordin. Dardanæus - é Montacutio.
J. B. Lud. Laur. Gadois, Dormanus - é Col. Lud. M.
Lud. Jac. Corté. Carnutæus - é Mazarinæo.
M. P. Bonav. de Targny, - - - Noviomensis é Col. Lud. M.

Primum orat. Lat.æ in Gall.m conversæ Præmium meritus est J. P. J. H. Chartier, Senonensis, é Plestæo/.

Secundum Maria-Petrus Bonaventura de Targny, Noviomensis é Col. Lud. Magni/.

Prox.é accesserunt./

Barth. Loisel, Senonensis, é Plestæo.
And. Ber. Hon. Brouste, Nannetensis, é Plestæo.
Petrus Denis. - — Parisinus, é Montacutio.
Lud. Ant. d'Heliot, Cadurcensis é Plestæo.
J. Franc. Cochet, Melodunensis é Montacutio.
Maxim. Mar. Isid. de Robespiere, Attrebas, é Col. Lud. M.

In quinto Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinum conversæ Præmium meritus est J. B. Le Marchand, Rothomagensis, é Lexovæo/.

Aug°

Secundum meritus est Joannes Gosselin, Ebroicensis, é Col. Lexovaeo/.

Prox.é accesserunt./

Joan. Bapt. Grelot, Parisinus é Plessaeo./
Car. Aug. Bucé. – Parisinus é Plessaeo.
Remigius Prosper Pigneaux, Laudunensis, é Col. Lud. Magni.
Anton. Grognot, Vesuntinenses – – – é Col. Lud. Magni/
Matthaeus Danveau de Tisseuil, Pictaviensis, é Plessaeo.
Ant. Abrah. Dupré, Rothomagaeus – – é Plessaeo./.

Primum orationis Lat. in Gall. conv.a Praemium meritus est – Claudius Saintin, Carnutensis, é Montacutio/.

Secundum, Petrus Franc. Butet, Stampensis, é Montacutio/

Proximé accesserunt./

Franc. Bern. Laillier d'Auverny, Parisinus, é Marchiano.
Franc. Henr. Theod. Cozette. – Parisinus, é Plessaeo.
Jo. Joan. Gosselin – – – Ebroicensis, é Lexovaeo.
Jac. Hypp. Warmé – ambianensis, é Col. Lud. Magni.
Jos. Lud. Elig. Fleuri, Sanflavensis é Montacutio
Gabriel Vasselier, Nannetensis, é Plessaeo.

In Sexto Ordine/.

Primum orat. Gallicae in Lat. conversae Praemium meritus est Lud. Ant. Dubacq, Stampensis, é Montacutio/.

Secundum, Joan. Paulus Soules, Rothomagensis, é Montacutio/

Prox.é accesserunt./

An. Car. Blondel, Parisinus – é Col. Lud. Magni
Honor. Franc. d'Obignie – Sylvanectensis – é Col. Lud. Magni.
Joan. Bapt. Deshayes, Parisinus – é Marchiano.
Michael Jolivet, Versaliaeus. – é Plessaeo.
Joannes Georg. Le Franc de Pompignan, Parisinus é Grassinaeo.
Joannes Bapt. Baillon, Parisinus – é Lexovaeo/.

Primum orat. Latinae in Gallicam conversae Praemium meritus est Jo. J. P. Soules, Rothomagensis, é Montacutio/.

Secundum, Lud. Claud. Ant. Dubacq, Stampensis, é Montacutio/

Prox.e accesserunt.

Car. Theod. Caille, Senonensis – é Montacutio.
Joan. Sedillot, Parisiensis – é Cardinalitio.
Renat. Ric. Lud. Castel, Viviensis é Col. Lud. Magni.
Lud. Abel Beffroi de Regery, Laudunaeus, é Col. Lud. Magni.
Ant. Joan. Carolus Blondel, Parisinus – é Col. Lud. Magni
Athanasius Joan. Boucher, Parisinus. é Montacutio/.

/ Fourneau

GEN. DE PARIS TRAORDINAIRE

1771. Aug.

Anno dni 1771, die Mercurii decimâ quartâ mensis Augusti, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia praeclarae artium facultatis, ad eligendos Probatores Licentiandorum in artibus/. 14. Aug.

Postquam peroravit amplissimus Rector, Clarissimi Procancellarii appellarunt Examinatores à meritissimis Cancellariis designatos, nimirum, apud B. Mariam M. Claudium André, Philosophiae Professorem in Plessaeo, ex honorandâ Natione; M. Petrum-Adrianum-Franciscum Chopart, ex fidelissimâ: M. Joannem-Lud. Bellanger, Bac. Theologum, ex venerandâ; M. Sebastianum Le Loup, Philosophiae Professorem in Lexovaeo, é Constantissimâ: apud B. verò Genov. M. Petrum Bitters, virum Censorium, ex honorandâ Natione, M. de Lange, Phil. Professorem in Cardinalitio, é fidelissimâ; M. Le Moine, ex venerandâ: M. Aherne, Philos. Professorem in Reg. Navarrâ, é Constantissimâ:/.

Dimissae ab amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum, ac deinde regressae per singulos Procuratores retulerunt eligi à se et creari Examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt à meritissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprà nominatos. Atque ita Concluset amplissimus Rector. Et Continuo inter ejus manus Sacramentum dicere novi Examinatores, Praesentibus Pro Cancellariis/.

Digressis Pro-Cancellariis, quum amplissimus Rector fuisset supplicandi potestatem, Supplicarunt Joannes Baptista Macé, Presbyter Turonicus, ut ne sibi noceat, quod Codicum philosophicorum partem amiserit; Joannes-Baptista Rouelle, Remensis, quod morbo detentus nomen inscribere non potuerit in posteriore Physicorum Catalogo, testante M. Cosnier Doctore medico Parisiensi; Claudius-Henricus Boismare, quod male scripserit La Roche vel de La Roche; Jacobus-Maria-Josephus de Malzesou de Knou, Diaconus Leonensis, quod nominum ordinem inverterit/. Macé Rouelle Boismare de Malzesou de Knou.

Audito meritissimo Syndico, dimissae Nationes ad deliberandum ac deinde regressae per singulos Procuratores retulerunt se omnibus supplicibus indulgere.

Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Anno dni 1771, die trigesimâ primâ mensis Augusti habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni/. 31. Aug.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii M.M. Joannes Bruner, Diaconus Aeduus; Joannes-Baptista Macé, Presbyter Turonicus; Jacobus Roussillon, Presbyter Viennensis; Sebastianus Ludovicus Cappey

Constantiensis; Joannes Ludovicus Lambert, Subd. Parisiensis; Simeon Nicolas, Subdiaconus Lemovicensis; Victor Augustinus Maste Subdiaconus Parisiensis: de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum coram litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. audito Syndico, Placuit Suae praefatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. indicta est dies septima mensis octobris ad sacras Universitatis supplicationes.

Et ita Concluxit amplissimus Rector.

Die 24. mensis Septembris amplissimus Rector accepit ab Illustrissimo rerum bellicarum administro Epistolam, cujus tenor sequitur,

à Versailles Le 21. Sept. 1771.

Le S. Dongon, Docteur en Th. de l'Un.é d'Angers, Monsieur, et Princ. du Col. Royal de la Fleche vient de donner sa demission de la Principalité de ce College. Il avoit été nommé à cette place par les officiers municipaux de la ville de la fleche, immédiatement après la retraite des Jesuites; et Elle lui fut conservée par les lettres patentes du 7. avril 1764. portant confirmation de ce College, avec établissement d'un Pensionnat de deux cent cinquante Gentilshommes.

Je vois par ces lettres patentes que le choix d'un Principal fut regardé dès lors comme une affaire si importante, que Le Roy crut devoir ordonner que l'Université de Paris lui présenteroit trois Sujets entre les quels S. M. en choisiroit un, et que ces trois Sujets d'ailleurs ne lui seroient présentés qu'après avoir été examinés par quatre Principaux de College de plein exercice, sur leur capacité, leur conduite et leurs talens.

Le College de la Fleche ayant été affilié à L'université de Paris par des Let. Pat. du 7. av. 1767, L'espece de Concours établi par celles de 1764. fut aboli. Le Roy se reserva de choisir à la vacance le Principal de son College, parmi les Maitres ès arts de son Université, qui joindroient à la pureté des mœurs, et à leur attachement à la Religion, une capacité publiquement reconnue, tant pour l'enseignem.t que pour le Gouvernem.t.

Enfin, par d'autres Lett. Pat. du 22. av. 1768, Les quatre Chapelains établis dans le Coll. Royal de la Fleche en 1764, furent supprimés et le Roy ordonna que la Chapelle de ce College seroit dorenav.t desservie, sous la direction du Principal, par le Principal lui même et par les deux Sous-Principaux, et Subsidiairem.t par les autres Prêtres du Col., d'où il resulte que le Principal doit être Prêtre.

Sur le Compte, que j'ai rendu au Roy de la demission du S.r Dongon et des differentes Loix que je viens de vous rappeller, S. M.

1771. Sept — Oct

m'a ordonné de vous mander qu'elle a, sur le choix d'un Principal pour son College, la même sollicitude qu'un bon Pere doit avoir sur le choix d'un Instituteur pour ses enfans; et que pénétrée, du sentiment que de ce choix depend le bon ou le mauvais succès de l'éducation qu'elle fait donner dans son College, à une Jeunesse prétieuse à son coeur: Elle desire que vous l'aidiés à determiner ce choix. Quelque confiance qu'elle ait dans son Univ.té, Elle à senti, qu'il seroit difficile de reunir le voeu du Corps entier sur un pareil choix; et c'est par cette raison qu'Elle à cru ne devoir consulter que le Recteur et les Principaux officiers qu'elle desire qu'il consulte lui même. Son intention est donc que vous lui proposiés trois sujets, et que pour écarter d'Elle toute espece de sollicitations, vous gardiés le secret sur ceux que vous lui designerés/.

Elle ne se dissimule pas d'ailleurs les difficultés du soin qu'elle vous confie; et elle n'en espere, que davantage, que vous ne négligerés rien pour les surmonter, et pour donner à son College un Chef veritablement digne d'une institution aussi recommandable/.

Je remplirois imparfaitem.t les intentions du Roy, si je n'ajoutois pas que quoique le traitem.t du Principal de la Fleche n'ait été fixé qu'à 1500.tt, par les Let. Pat. de 1764, independament d'une table servie particulierem.t pour lui dans une des salles du Pensionnat, du bois, de la Lumiere et d'un domestique entretenu; S. M. fera ajouter à ce traitement telle gratification, que vous jugerés convenable/.

Vous sçavés du reste que le Principal de ce College n'est chargé d'aucun soin temporel, et que tout ce qui regarde l'ordre oeconomique y est dirigé, sous mes ordres, par un Inspecteur/.

J'ay l'honneur d'être très sincerement, Monsieur, Votre très humble et très obeissant serviteur. Signé Monteynard.

Inscriptio erat a M. Jacquin Recteur de l'université à Paris/.

Fourneau

5. Octob.

Anno dni 1771, die quinta mensis octobris, habita sunt in Col. Ludovici-Magni, Comitia Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis/.

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Petrus Hervy, Diac. Lemovix; Claudius Anton. Metivier, Presbyter Parisiensis; Joannes-Alexander Bobée, Diaconus Rothomagensis; Olivarius Renatus Urvoy, clericus Macloviensis; Franciscus Ozon, Diaconus Parisinus, et Joannes-Robin, Diaconus Parisinus; de quibus retulit M.

franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit suæ præfatis Supplicibus postulatæ concedi./

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Supplicavit, pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub nomine et Clientelâ Universitatis, M. Joannes-Baptista Gerardin, Nanceianus-Tullensis; in artibus Magister. Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Nominati sunt Ornat. Picardiæ et Germaniæ Procuratores MM Caboche et Jacquin qui de Supplicis vitâ et moribus inquirant, ac de iis ad Tribunal Academicum referant./

4° De Opere novo, cui Titulus est, Precis de l'histoire Romaine ac Nominati sunt M. Xaupy, Theol. Decanus et M. Jacquin, Germaniæ Procurator, qui illud expendant, ac de eo referant./

Et ita conclusit ampl. Rector./

7. octob. Anno dni 1771, die Septimâ mensis octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Centuriata Universitatis, ad Sacras Supplicationis./

Primum in aulâ Tribunalis Academici Consessum est, ubi Supplicavit pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. henricus Annæus de Brugier de Rochebrune, subdiaconus San-flaranus; quem, cum ipsi deessent Litteræ testimoniales M. Chevreuil, Theol. Professoris in Sorbonâ, Placuit ad proxima Comitia remitti./

Deinde Sacramentum præstitit inter Manus amplissimi Rectoris M. Bastien, Librarius, à M. Hormet Præsentatus, una ex adjunctis.

Sacramentum etiam præstitit Vir honestus Joan. Cath. Dumets, a Constantissimâ Germanorum Natione recens electus, qui Patri suo dictæ Nationis apparitori vicariam præstet operam, cum spe futuræ successionis./

Item est deinde in Comitium, ubi, post habitam ab ampl.° Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri et toto Magistratu; amplum que Comitatum polliciti sunt rite processuro ad ædem Deo Sacram sub invocatione — apud Sancti-Monialis Carmelitas, in viâ San-Jacobæâ./

Pontificem egit Illustrissimus ac Reverendissimus Pater D.D. Hachette, Gandatensis Episcopus, et Carmelitarum Gallicanarum Inspector Generalis; Doctor Theologus, è Regiâ Societate. Orat. habuit ad Populum Doct. Th.: Eucharisticam, M. Jacquin, Prof. Rethor. in March.°/

Soixante dix-huit

1771. Octob

Anno Dni 1771, die decima mensis octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia praeclarae artium facultatis/. 10. octob.

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem; factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro reformandis nominibus Marcus-Renatus-Maria Satuguet d'amazil d'Espagnat, et Nicolaus-Joannes-Santerre; ut verò nomen in uno Catalogo omissum restituatur Raymundus-Ludovicus Bouleste, clericus Parisinus; Demum pro immunitate ab onere scribendi Codices Philosophicos, Carolus Quillier, clericus Senonensis; ob pectoris infirmitatem, et manuum debilitatem, testante M. Morisot, Doctore Medico Parisiensi; S. Andreas-Bernardus Riding, anglo Benedictinus, ob varias pectoris et oculorum infirmitates, quas scripto testatur M. Mactmahon, Doctor Medicus Parisiensis; Achilles-Augustinus Hennequin d'Ecquevilli, clericus Parisinus, propter pectoris et oculorum infirmitates, quas scripto pariter testatur M. Millin, Doctor Medicus Parisiensis; Dominicus Gaultier, Parisinus, ob oculorum debilitatem, testante M. Bouvart, Doctore Medico-Parisiensi; Petrus-Antonius-Joannes-Matthaeus Joustel ob varios Stomachi oculorumque gravissimos affectus; testante M. Paris, Doctore Medico Parisiensi/.

d'espagnat
Santerre.
Bouleste
Quillier
Riding
Hennequin d'Ecquevilly
Gaultier.
Joustel.

Postea jussit ampl. Rector, unam et alteram Epistolam ad se ab Illust. rerum bellicarum administro missam de Primariatu flexiensi, palam recitari/.

Auditus est de supplicibus meritissimus Syndicus; à quo requisitum est, in Commentarios referri Epistolam Illust. viri DD. de Monteynard, rerum bellicarum administri; ex quâ nuntiatur Praeclarae artium facultati Electum fuisse ab optimo Rege, V. C. M. Paulum Hamelin, antiquum Rectorem, et Universitatis Bibliothecarium; qui per annum praesentem academicum ad Collegium flexiense se conferat, illud que regat/.

Audito Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes, ut deliberarent de supplicibus; confirmarent Quatuor-Viros privatis in Comitiis electos; Epistolam Illust. rerum Bellicarum administri in Commentarios referri jubserent; petiit que, ut rata et grata haberentur, quae gessit in suo trimestri magistratu et sibi litterae Commendatitiae decernerentur/.

Reversae Nationes per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu et Litteras Commendatitias decernere; indulgere omnibus supplicibus: velle inscribi in Commentarios utramque Epistolam DD. de Monteynard, rerum Bellicarum administri: Denique à se Confirmari Quatuor-Viros, nimirum, in honorandâ Natione, M. Mazeas, Professorem Philosophiae Emeritum; in fidelissimâ, M. Daire Juniorem, Grammaticae Professorem in Mazarinaeo; in Venerandâ M. Seigneur, humanitatis Profess. in Lexovaeo; in Constantissimâ, M. Le Loup, Philosophiae Prof-

=sorem, in Lexovios.

Addidit Normaniæ Procurator à Venerando Ordine non-probari, ab amplissimo Rectore in Consilium vocatos non fuisse de re flexienti, Procuratores, Censores, et Decanos Nationum; ejus que nomine interesset, ne quid simile in posterum fiat.

Quatuor-Viri, dicto prius Sacramento inter amplissimi Rectoris manus, Conclave subierunt; unde digressi, per Magistrum Majores retulerunt, à se electum fuisse in Rectorem Virum Clarissimum. D. Franciscum-Mariam Coger, Licentiatum Theologum, et Rhetorum alterum in Mazarineo. Quæ quidem electio ab omnibus statim Nationibus probata et confirmata est.

Deinde accessit novus Rector, togâ rubrâ indutus, et præstito Sacramento, ritu antiquo ab amplissimo Rectore inauguratus est; moxque habitâ ad præclaram Facultatem Oratiunculâ, deductus est ad ædes suas Mazarineas.

à Versailles Le 5. oct. 1771.

J'ay rendu Compte au Roy, Monsieur, de la reponse que Vous m'avés faite, et de la liste que Vous y avés joint, des trois Sujets que Vous croyés propres à remplir la place de Principal du College Royal de la Fleche. Sa Majesté s'est fixé son choix sur le S. Hamelin; non pour en faire le Principal de son College; parce qu'elle connoît les liens qui l'attachent à l'Université; mais pour lui en confier les fonctions, en qualité de Commissaire de Sa Majesté, pendant le cours de l'année Scholastique, qui vient de commencer. Je vous prie de faire part à l'Univ.té de cet arrangem.t que le bien du Col. exige, et auquel le Corps est interessé lui même par l'adoption qu'il a fait de ce College. Je suis, Monsieur, Votre très humble et très obeiss.t Serviteur, Signé Monteynard.

à M. Jacquin Recteur de l'Univ.té

Farneau

11. Octob. Incipit Rectoratus M. Franc. Mariæ Coger.

Anno dni 1771, die undecimâ octobris, horâ Septimâ matutinâ habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum Universitatis, à novo Rectore pro more indicta, ad optimus sive instr=uctionem, sive confirmationem.

Postquam peroravit Clarissimus Ex-Rector, ad latus amplissimi Rectoris sedens, audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Omnes tùm Sapientissimi Decani, tùm Ornatissimi Procuratores, dixerunt se gratam et acceptam habere electionem Viri Clarissi. M. Francisci-Mariæ Coger in Rectorem; eique operam et Consilium pollicîti sunt.

Ita concluxit amplissimus Rector. Coger. Rector.

1771. Oct — Novemb —

Anno dni 1771, die Sabbati vigesimâ Sextâ Octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia praeclarae Artium Facultatis./. 26. octob.

Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem, factâ Supplicandi potestate, Supplicarunt, Augustinus La Baume, quod nomen malè scripserit; Joannes Baptista Dauliculle clericus Ambianensis, pro immunitate ab onere scribendi, ob pectoris et utriusque brachii debilitatem, quam scripto testatur M. Dupuis, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes-Baptista Jumelin, ut biennium Cadomense sibi pro uno anno imputetur./ La Baume D'auliculle Jumelin

Audito M. Guerin, Syndico, dimissae Nationes ad deliberandum, ac nominatim ad creandos Censores, postquam in Comitium reversae sunt, per singulos procuratores retulerunt, indulgere se supplicibus; creatos autem à se fuisse Censores; nimirum, ab honorandâ Natione, Petrum-Carolum Berthelin, Virum Procuratorium: à fidelissimâ M. Mars, Baccalaureum Theologum, à Venerandâ, M. Desmares, Licentiatum Theologum, Virum Procuratorium; à Constantissimâ, M. Lallemant, Professorem Eloquentiae Emeritum./. Qui quidem Sacramentum solemne praestiterunt inter Amplissimi Rectoris manus./.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Coder Rector.

Anno dni 1771, die nonâ novembris; habita sunt, in Col. Lud. Magni, Comitia ordria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis primum adfuit M. Joannes Georget, Novus Galliae Procurator./ 9. Novemb.

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joan-Bapt. Lud. Bouvier de la Motte de Gondreville, acolythus Senonensis; Petrus-Nicolaus Bimont, Presb. Parisinus; Antonius de Roche, acolythus uctiensis; Carolus-Albinus, Raye de Voissant, Subd. Gratianopolitanus; de quibus retulit M. Guerin, Syndicus, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit, sua praef. Supplicibus postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Auditis tum MM. Caboche et Jacquin, Picardiae et Germaniae Procuratoribus; de vitâ, moribus et peritiâ M. Gerardin; tum M. Foullieres, Paedagogorum Academicorum Agente: Audito Meritissimo Syndico, placuit fieri potestatem M. Joanni-Baptistae Gerardin, Nanceiano-Tullensi, in artibus Magistro, aperiendi hac in urbe Paedagogii sub nomine et clientelâ Universitatis./.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Coder Rector.

decemb

7. dec./ Anno dni 1771, die septimâ decembris, amplissimus Rector et Praeclara Artium facultas, more antiquo, interfuerunt, solemni sacro apud Fratres Praedicatores/.

Fourneau Scr.

Eâdem die, habitâ sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-magni/.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Carpet, Presbyter Parisinus; Claudius-alex. Pallais, Diaconus Altissiodorensis; Andreas-Vincentius Lagneau, Subdiaconus Lugdunensis; Theodorus-Dionysius Pierres, Presbyter Tullensis; Franciscus-Ludovicus-Laurentius Bouhier de la Daviere, Subdiaconus Lucionensis; Dionysius de Lassaule, Presbyter Bellovacensis; Guillelmus Chantal, Subdiaconus San-florensis; Joannes-Nicolaus Husson, Presbyter Virdunensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus. ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta/.

3° Ad diem duodecimam hujus mensis indictae sunt generales universitatis supplicationes/.

4° Auditae sunt rationes acceptorum et expensorum ab integerrimo Quaestore, per decursum anni praesentis 1771, ob solemnem Praemiorum academicorum distributionem. Ex quibus constat acceptorum summam esse minorem viginti septem libris supra unum denarium/

5° In argumentum Praemii eloquentia à D. Coignard Magistris in artibus instituti, propositum est Gersonii Cancellarii Elogium/

Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Coger Rector.

12. dec. Anno dni 1772, die duodecimo mensis decembris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici-magni, ad sacras supplicationes/.

Primùm in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi, supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Firminus de Neufgermain, Presbyter Ambianensis; Antonius-Henricus-Prosper Noël, Diaconus Trecensis; Laurentius-Bernardus Geoffroy, Presbyter Rhedonaeus; Maximilianus-Josephus de le Motte Diaconus Cameracensis; Nicolaus le Normand, Diaconus Carnotensis; Jure vero doctoratûs in utroque Jure Claudius Ludovicus Marmotant, Diaconus Parisinus; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat, legitimum Studii tempus, ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc

supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, placuit sua praef. supplicibus postulata concedi/.

Deinde, itum est in Comitium, ubi omnes ordines Academici rata et grata habuerunt quae gessit Amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu, ipsique litteras commendatitias decreverunt; simulque amplum praestiterunt Comitatum ad Aedem Dei sacram sub invocatione S. Ludovici in Collegio Mazarduaeo/.

Ibi Pontificem egit S. M. N. D. Riballier, Collegii summus Moderator, et sacri ordinis Syndicus; Orationem habuit ad Populum M. Genest, Doctor itidem Theologus, Socius Sorbonibus, et Collegii Pro-Primarius: Eucharisticam ad Pontificem M. henricus de Vasseur, Litterarum Professor, in Cardinalitio//.

Coder Rector.

Anno dni 1771, die decimâ-sextâ Decembris, habita sunt Comitia Generalia Praeclarae Artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni/. 16. decemb.

Post habitam ab Ampl.o Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, hubertus quidem Guillemin, clericus Remensis, ut ne sibi noceat, quod morbo impeditus nomen suum in uno Logicorum Catalogo non inscripserit, testante M. Gardane, Doctore Medico Parisiensi; ut verò immunes fierent ab onere Scribendi, Claudius Souriac, ob ventriculi dolorem, quem testatur M. Cosnier, Doctor Medicus Parisiensis; Marcus-Simon-Franciscus Pongerand, propter oculorum debilitatem, quam testatur idem M. Cosnier; Thomas-Petrus Antonius de Boisgelin de Kdu, clericus Sanbriocensis; ob pectoris infirmitatem, testante M. Belleteste, Doctore Medico Parisiensi: Franciscus-Firminus d'herville, ambianus, propter oculorum infirmitatem, quam testatur M. Petit, Doct. Med. Parisiensis; Andreas-Josephus Danvin, propter stomachi affectum, quod testatur M. Pajot Desmolets, Doctor Medicus Parisiensis/.

Guillelmin
Souriac
Pongerand
de Boisgelin
d'herville
Danvin.

De his supplicibus auditus est M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac deinde de Typo Ligneo Basilicae Academicae in plateâ San-Genovefanâ construendae; nec non, de Nominandis in unaquaque natione binis ad Concursum proximè imminentem Deputatis/.

Audito Syndico, Ampl. Rector nationes dimisit ut deliberarent de supplicibus, confirmarent quatuor-viros, nominarent singulae binos ad Concursum Deputatos; probarent tum ea quae gessit, tum typum Ligneum Primariae Domus Universitatis conficiendum et Regi optime offerendum/.

Digressae nationes ac deinde regressae per ornatissimos singulos Procuratores retulerunt, à se supplicibus indulgeri; Confirmari Quator-Viros manè electos, nimirum, in honorandâ Natione, M. Desmalles, humanitatis Professorem, in Collegio Ludovico Magni; in fidelissimâ, M. Despreaux, Philosophiae Professorem, in Montacutio: in Venerandâ, M. Clozet, Baccalaureum

decemb

Theologum; in constantissimâ, M. herfort. Virum Procuratorium, grata et rata haberi quae gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu; eoque nomine litteras Commendatitias decerni; Electos à se fuisse in Deputatos ad Concursum proximum, à Natione Gallicanâ, M. Delneuf, Philosophiae Prof. in Montacutio, et M. Gayot, Rhetorum alterum in Mazarinaeo; a Picardicâ, M. Quervelle, Professorem Emeritum; et M. Mercier, à Normanicâ, M. Duval, Philosophiae Professorem in harcurio, et M. Clozel, Baccalaureum Theologum; a Germanicâ, M. St. Joivre, humanitatis Professorem in Marchiano, et M. aherne, Philosophiae Professorem in Regiâ Navarrâ. Demum se Amplissimi Rectoris, Ornatissimorum Procuratorum, et Selectorum Deputatorum prudentiae relinquere ea quae ad Typum pertinent /. Praeterea, Placuit Elegantissimam Orationem Rectoris Amplissimi in Commentarios referri /.

Quatuor Viri, praestito prius Sacramento Conclave subierunt, unde digressi per M. Desmalles retulerunt, se fasces Rectorios M. Francisco-Mariae Cogeo prorogavisse; quae Prorogatio ab omnibus Statum Nationibus Confirmata fuit /

Et ita conclusit amplissimus Rector /.

Coder Rector.

19 dec. Anno dni 1771, die decima nonâ Decembris, habita sunt Extra-ordinaria Deputatorum praeclarae Artium facultatis Comitia, in Collegio Ludovici magni. /.

Dixit amp. Rector, in Comitiis generalibus praeclarae artium facultatis, habitis die 16. hujus mensis, Deliberatum esse de Typo Lignea aedium academicarum; Rectorisque, Procuratorum et Deputatorum prudentiae rem missam fuisse, praesertim, ob incertum rei et impensarum eventum; Nunc vero constare, impensas ad Typum conficiendum ultrà septingentas Libellas non esse processuras; Typum autem ipsum Regi, Regiae prosapiae et aulicâ offerendum videri ad successum rei viam artissimam; maximè si illi adjiciatur Statua Ludovici Bene aemati, aedium fundatoris, earum que Praesidium et Decus. Audito Syndico, Placuit unanimiter Typum et Statuum, si Rex annuerit, confici; potestatem que fieri Quaestori ut solvat summam septingentarum librarum praef. Typi fabricatori /.

Deinde Lectus est Processus-Verbalis eorum quae apud Regium flexiense Collegium gesta sunt, Cum V. C. M. Antonius Maltar, antiquus Rector, ab Universitate Deputatus, ejusdem nomine dictum Libellum Lustraret /.

Quem quidem Libellum Placuit Laudari et approbari, et Universitatis nomine ab amplissimo Rectore mitti ad Illustrissimum DD. de Monteynard, rerum bellicarum administrum /

Et ita Conclusit amplissimus Rector /.

Coder Rector.

Quatre Vingt Un

1771.

GEN. DE PARIS

Index
Officiariorum et Clientium
per decursum anni millesimi septingentesimi septuagesimi primi

Apparitores. /.

Die septimo Octobris, Vir honestus Jo. Cath. Dumetz, filius, à Constantissimâ Germanorum Natione Nominatus Patri, Dictæ Nationis Apparitori in adjutorem cum spe futuræ sucessionis sacramentum præstitit /

Librarii. /

Die 19. Martii, Sacramentum præstitere duo novi Librarii, Claudius Jacobus-Carolus Durand de Sugeres, natu major / et franciscus-Hubertus Monorry. / a M. de Lormel uno ex adjunctis rei Librariæ præsentati /

Die 7ª Octobris, Sacramentum præstitit Joannes Baptista Bastien, ab eodem de Lormel præsentatus. /

Magni Nuntii

Ex Natione Gallicanâ

Die quintâ Februarii 1771, Andreas Carolus Gueux, Pro diœcesi et Episcopatu Rhegiense (Reggio) per obitum Joannis-Baptistæ Robineau /.

Die octavo ejusdem mensis Februarii, 1771, Joannes Chemin de Forgues, Pro diœcesi et Episcopatu Brigantinensi (Compostelle) per Liberam abdicationem Ludovici Laudier du Parc /

Die vigesimo-nono Martii ejusdem anni 1771., Renatus Chauviere de la Sauvagere, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Sænense (Sienne, per Liberam abdicationem Joannis-Caroli Gobert /

Die 15. Aprilis, Joannes-Baptista Gabriel Quatremere de Vaux Marquis, pro diœcesi et Episcopatu Nannetensi, per obitum Bartholomæi Le Coulteux /

Ex Natione Gallicanâ.

Die 6ª Maii, Nicolaus Robilliard, pro diœcesi et Episcopatu Aquensi (Aqs) per obitum Joannis Donat Gastonis Doucet / probato Literâ /

Die 10. Julii, Michael Ludovicus Rambourgt, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Bravo-Burgensi (Burgos) per liberam abdicationem Caroli Le clerc /

Die 29. Julii, Joannes-Justus Drommu, pro diœcesi et Episcopatu Vavrensi (Lavaur) per liberam abdicationem Joannis-Ludovici Chapsus /

Die 21. Augusti, Joannes-Guillery, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Tolosanensi, per liberam abdicationem Pauli Le Abbe /

Die quintâ octobris ejusdem anni 1778, Edmundus Jobert, pro diœcesi et Episcopatu Dolensi, per obitum Francisci-Caroli Bellaetre /

Die octavo ejusdem mensis octobris; Carolus-Franciscus Bailly du Coudray, pro diœcesi et Episcopatu Aginnensi (Agen) per obitum Viri Nobilis Joannis-Victoris de Rochechouart Ducis de Mortemart /

Die vigesimâ octavâ Novembris ejusdem anni 1771. Ludovicus-Petrus le Carpentier, pro diœcesi et Episcopatu Lectorensi (Lectour) loco Joannis Boiste /

Ex Natione Normanicâ

Die decimo mensis octobris anni millesimi septingentesimi-Septuagesimi primi, Gabriel Godard Civis Parisiensis a Venerandâ Normanorum natione Nominatus et ad officium Majoris Nostri, pro diœcesi et Episcopatu Lexoviensi, vacans per obitum honesti Viri Petri Francisci Bagot /

Quatre Vingt deux

GEN. DE PARIS ORDINAIRE

Ex Natione Germanicâ

Die 16. Februarii 1771. Ludovicus Bertrand, pro diœcesi et Episcopatu Corcogiensi (Corck,) per Liberam abdicationem Petri Paluel/

Die 18. Martii 1771. Claudius Brunette, pro diœcesi et Episcopatu Varadiensi (Waradin) per obitum andreæ Balmont/

Die 3.a Aprilis, 1771, Nicolaus-Ludovicus Froger, pro diœcesi et Episcopatu Basileensi apud helvetios, per Liberam abdicationem Caroli-Michaelis Gautrin/

Die vigesimâ quintâ ejusdem aprilis 1771. Christo=phorus-Ludovicus Robertus Soret, pro diœcesi et Episcopatu Taurinensi (Raab) per Liberam abdica=tionem Caroli-Francisci Bourdon du Quesnoy/

Die 13 Mensis Maii 1771, Benedictus Bernard, Civis Parisiensis, pro diœcesi et Episcopatu Paderbonensi, (Paderborn) per obitum Natalis Dupont/

Die decimo-sexto Julii 1771., Dionysius-Leo-Fournier, Civis Parisiensis, pro diœcesi et Episcopatu Primislaviensi (Prémislaw) per Liberam abdicationem henrici Danielis Le Cain/ Civis quoque Parisiensis/

Die septimo Augusti 1771, Joannes-Baptista-Mar=tinus Auvray, Civis Parisiensis, pro diœcesi et Archi=Episcopatu Eboracensi (Yorck) per Liberam abdica=tionem Philippi de La Roche/

Die octavo ejusdem Augusti 1771, Franciscus Fontaine de Cramayel, Civis Parisiensis, pro diœcesi et Episcopatu Metensi, per obitum Pauli-Antonii Du pasquié, civis quoque Parisiensis/

Die 29. Augusti, Stephanus Ludovicus Nepveu, pro diœcesi et Episcopatu Visburgensi (Wisbourg) per obitum Theodori de Hansy

Ex Natione Germanica.

Die 18. novembris 1771, Paulus-Stephanus-Ludovicus Christophorus Chaslin de Chesne Merlin, pro diœcesi et Episcopatu Ripanensi (Ripen) Loco Nicolai Josse

Die 16. decembris, Stephanus Venard, pro diœcesi et Episcopatu Elphinensi (Elphin) Loco Nicolai d'Herbecourt, Civis Parisiensis

Die 20. decembris. Ludovicus Chotard, pro diœcesi et Episcopatu Nordovicensi (Norwich) Loco Joannis Dar

Quatre vingt trois.

1772. Januario

GEN. DE PARIS

Acta
Commentarii et Conclusiones
almæ Universitatis
Parisiensis.
per decursum anni millesimi Septingentesimi - Septuagesimi - Secundi -

Anno dni millesimo - Septingentesimo - Septuagesimo - Secundo, die quarta mensis Januarii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis fuerunt, ipse Amplissimus Rector, M. Franciscus-Maria Coger: M. Josephus Xaupy, Theologiæ; M. Edmundus Martin, Jurium; M. Ludovicus-Petrus-Felix-Renatus Le Thieullier, Medicinæ Decani: M. Joannes Georget, Gallicanæ: M. Firminus Caboche, Picardicæ: M. Joannes-Franciscus-Hervæus Montien de Larmeneriæ, Normaniæ: M. Petrus-Jacquin, Germanicæ Procuratores: M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico: M. Guidone-Antonio-Fourneau-Scribâ: M. Michaele-Francisco Le Bel, Quæstore generali /. 4 Janua.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Joannes-Lud. Ant. Pivant, Diaconus Noviomensis; Jacobus Baudet, Presbyter Senonensis et Ludovicus-Crochet, Presbyter altissiodorensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis ~~acta~~ et statuta /.

3°. Quòd dixit Amplissimus Rector è dignitate Academiæ videri, ut Cubicularius et Rhedarius Rectoris suis quoque insignibus distinguantur; atque, ut Xeniæ trium libellarum iis qui apud Magistratus famulantur distribui solitæ amplificentur: - Placuit prudentiæ amplissimi Rectoris permitti ut suum Cubicularium et Rhedarium simplicibus et Academicis insignibus distinguat; potestatemque fieri Quæstori ut famulis Magistratuum Xenias sex libellarum distribuat.

Et ita conclusit amplissimus Rector /.

Coger Rector.

Januario — Februario

28. Jan. Anno dni 1772, die Martis vigesimâ octavâ Januarii, Amp. Rector et Præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni in æde Navarricâ celebrari solet, ex Institutione V. C. Cæsaris Egaste Duboullay. Orationem Panegyricam habuit. M. Petrus-Ludovicus Couanier de La Genais, Doctor aggregatus ad secundum ordinem /.

30. Jan. Die trigesimâ Januarii Majores officiarii cereos pro more detulerunt minoribus Magistratibus /.

31. Janu. Die trigesimâ primâ Januarii, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis Majoribus, omnibusque apparitoribus Cereos detulerunt Serenissimo aurelianensium Duci, Illustrissimo archi-Episcopo Parisiensi, et Utrique Senatus et Regiarum Rationum Cameræ Principibus /.

1. febru. Die sabbati primâ Februarii, Idem amplissimus Rector, Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis Majoribus, omnibusque apparitoribus Versalios se contulerunt; ibique non cereum solum Regi obtulerunt, sed et typum Ligneum Statuæ Regis optimi insignitum ædium Universitatis Primariarum in Platea San-Genovefanâ extruendarum. Rex cereum humanissimè excepit, typumque laudavit et approbavit, atque ad circumstantes aulicos dixit, Cela est fort beau. Posteà cerei delati tum ad Serenissimum Delphinum, Serenissimam Delphinam: Illustrissimumque Franciæ Cancellarium /.

Fourneau
Un. Sr.

3 feb. Die tertiâ ejusdem mensis Februarii, amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro quod fit pro Magistris academicis vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores /.

Fourneau
scriba.

8 feb. Anno dni 1772, die octavâ Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni /.

1º Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii, M.M. Joannes Baptista Girault, Presbyter Carnutensis, Ludovicus Philippus de Villers de la faye, subdiaconus æduensis; et Marcus antonius Sibert, Diaconus Lugdunæus; Jure autem Baccalaureatûs in Juridicâ Facultate, M. Joannes-Franciscus Reverche du Pirron, Presbyter Meldensis, de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii =

Quatre Vingt quatre.

1772. Febr.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quòd MM. Girault nomen gentilitium malè scripserit, M. verò Villers de la Faye, prænominum ordinem inverterit. Audito Syndico, placuit sua præf. supplicibus postulata concedi, eâ lege, ut MM. Girault et de Villers de la Faye prædictos errores emendari curent, antequam ipsis expediantur nominationis litteræ/

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Coder Rector.

Anno dni 1772, die duodecima mensis Februarii, habita sunt, in Collegio Ludovici, Comitia Deputatorum Præclaræ artium Facultatis ad Concursum/ 12. feb.

1°. Ad diem undecimam Mensis aprilis, solemnis instauratio Concursûs indicta est./

2°. Appellatis Doctorum aggregatorum ad singulos ordines Parisiis degentium nominibus, recognitum est ad concurrendum esse viginti quatuor Loca vacua; scilicet, novem in primo ordine, septem in secundo, et octo in tertio/

3°. Pro singulis tribus Philosophiæ, Rhetoricæ et Grammaticæ Ordinibus designati sunt duodecim Magistri, inter quos Illustrissimus Senatûs Princeps et Viri Regii, de Consilio Rectoris, Arbitros proximi Concursûs seligant; scilicet, pro primo Ordine, MM. Mazeas, Georget, Camyer, Turquet, Vallé, Macdonogh, Duval, Gyrault, Lange, Gagnot, Guyart et Le Loup; pro secundo, MM. Senieu, Le Beau, Genien, Lambert Furgault, Quervelle, Le Bel, Lallemand, Vicaire, Gardin, Binet et St Joirre; pro tertio, MM. Dair Major, Vray, Mouton, Desrez Desmalles, Maugas, Caboche, Delneuf minor, Le Vasseur, Duboscq Larmenerie, et Cafaxe/.

4°. Quòd dixit integerrimus Quæstor, non sine impensis typum Academicum delatum fuisse ad Regem, Ministros, Virosque Illustrissimos Academiæ amantes: placuit fieri potestatem Quæstori ejusmodi impensas ex ærario construendis ædibus Primariis destinato numerando/.

5°. Quòd dixit ampl. Rector, postquam ædium Primariarum typus à Rege benigné acceptus est, et urbi et aulæ gratissimus fuit, nunc dandam esse operam, ut quantocitiùs rem aggrediatur Præclara artium Facultas; itaque a Rege postulandum nominari Supremi Consistorii Comites, Viros Illustrissimos et Academiæ

Amantissimos DD. Daguesseau, de Sartine et Cochin, quibus cum negotium illud perficiatur. Re in deliberationem missâ, Placuit Mandari Syndico et Scribæ ut Virum Clar. M. Drou in Supremo Consistorio Patronum adeant, Libellum Supplicem communicatis consiliis adornaturi. Illustrissimo Duci de La Vrilliere, Regni administro offerendum.

6° Quod dictum est, Superioribus annis, V. C. D. Le chevalier, Primario apud DD. de Seychelles, rei ærariæ Præfectum, præposito, grati animi causâ, oblatos fuisse Selectos libros, sexcentarum circiter Libellarum pretio: Placuit idem Munus, iisdem que de Causis offerri V. Cl. D. Nardot, Primario apud DD. Cochin Præposito, in re Choletæa de Academiâ præclarè merito.

Et ita super his sex capitibus, audito Syndico Conclusit Amplissimus Rector. Coger Rector.

24 feb. Anno dni 1772, die vigesimâ quartâ mensis Februarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Universitatis Extrà-ordinaria. Quibus in Comitiis, præter Deputatos ordinarios, adfuerunt duo è Consiliariis Universitatis Forensibus V. C. MM. Renard et Lambon.

Antequàm haberentur Comitia, abiit M. Xaupy, Theologiæ Decanus, discessus que causam attulit se per facultatis suæ negotia alio vocari.

Accessit ad Tribunal Academicum M. Joannes-Baptista Borde de Charmois, Presbyter aurelius, ac dixit, sibi, die 16. Martii 1745., Supplicanti, jure Magisterii Artium et Quinquennii, concessas fuisse ab Universitate Parisiensi Litteras nominationis; seque in earum vim requisivisse Prioratum S. Benigni, vulgò S. Blin, in diœcesi Tullensi, vacantem per obitum Clarissimi abbatis D. Chauvelin, ultimi illius possessoris pacifici, fato functi, anno 1770, die 14 Januarii mensis ad Graduatos ex rigore pertinentio. hunc Prioratum, sibi, inter requirentes Graduatos antiquiori, in vim graduum et jure libero collatum fuisse in Commendam ab Illust. S. Benigni Divionensis Abbati; cui Summus Pontifex concessit Indultum, ut aiunt, Litteris deinde Regiis in Supremi Senatûs Tabulas relatis obsignatum. Nunc litem sibi moveri à Duobus Graduatis Regularibus; altero, in Universitate Parisiensi, f. Joanne Baptistâ Bernardino Matherot de Preigney, Presbytero Strictioris observantiæ ordinis Cluniacensis expressè Professo; altero, in Universitate andegavensi, f. Joanne Maria Manuel, Presbytero Ordinis S. Benedicti expressè Professo, apud Congregationem Gallicanam S. Mauri; seu potiùs, Postquàm f. de Preigney, reservatâ sibi pensione annuâ trium millium Librarum, jura sua, si quæ sint, transtulit in f. Manuel, hunc unum stare pro duobus in dictâ causâ.

Quatre Vingt Cinq.

1772 Feb

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Unum ipsis esse litigandi praetextum, quod scilicet dictus Prioratus sit Beneficium Regulare; adeoque ex Lege, Regularia Regularibus, Saecularia Saecularibus, Graduato Saeculari conferri non potuerit. At praetextum hunc esse propsus vanum ac frivolum, propter causas bene multas, quas tum vivâ voce, tum edito libello memoriali singulis Deputatis distributo, exposuit ipse M. Borde, apud Curiam Patronus. Summa est. 1° dictum Prioratum inter Regularia Beneficia non esse recensendum, cum longe abhinc tempore nullus sit in eo conventus Monasterii. 2° Vacationis tempore, Collatoris manus nullâ Graduatorum expectativâ ligatas fuisse; non quidem, f. de Preigney, cujus litterae Nominationis non nisi post obitum fuerunt significatae; neque etiam f. Mancel, qui litteras, ex Studiis, contrà morem Academiae Parisiensis, intrà privatos parietes confectis obtinuerit, tum easdem rite nec significari, nec insinuari curaverit. 3° denique, etsi dictus Prioratus esset Regularis, dictique ff. de Preigney et Mancel rite graduati et insinuati essent, eundem tamen sibi conferri potuisse, seu in vim graduum, seu jure libero, in Commendam, ab Illustr. abbate S. Benigni Divionensis, cui, propter praedictam gratiam Pontificiam, litteris Regiis obsignatam, jus competit, graduato cuilibet saeculari, si ipse sit antiquior, conferendi Beneficia ipsa Regularia, modo illa in Commendam conferat. Quibus dictis M. Borde de Charmois supplicavit, ut Parisiensis Universitas sibi, suo Graduato, inter Saeculares et Regulares antiquiori, Patrocinari velit in causâ quae Graduatorum omnium Saecularium est; ac deinde è Comitio discessit/.

Posteà auditi sunt Consiliarii Universitatis forenses, a quibus dictum est Optandum quidem Graduatis omnibus Saecularibus, ut M. Borde de Charmois causam obtineat; nihilominus tamen cum inter Graduatos Saeculares et Regulares causa agitetur, quorum Universitas communis est mater; hanc esse suam sententiam, ut ipsa neutrius sit partis. Auditis Consiliariis forensibus, audito ex parte Syndico, abiit etiam è Comitio Sap. Medicinae Decanus, ad Consultationem ipsâ praesenti horâ indictam; sed, antequam discederet, dixit Patronorum sententiam esse suam/.

Inceptam Orationem persecutus est M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, factoque ab illo dicendi fine, Deputatis qui aderant, visum est Universitati esse, quae Graduatorum Regularium et Saecularium communis est mater, ut ipsa in praesentiarum nullam habeat interventionem, sed in aequitate et sapientiâ supremi Senatûs conquiescat./

Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Coger Rector.

Martio

7 Mar. Anno dni 1772, die septimâ mensis Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni. Quibus in Comitiis primùm adfuit M. Bouchaud, novus Juridicæ facultatis Decanus./.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Franciscus-Christophorus Sebin, Presbyter Bajocensis; Martinus Crozat, Presbyter Lemovicensis; Alexander Andreas Le Bas, Presbyter Parisinus; Joannes-Baptista Mellier, Clericus Ambianensis; Joannes-Franciscus de la Malle, Diaconus Parisinus; Natalis Thirion, Diaconus Ambianensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse, tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi./

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Ad diem vigesimam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis supplicationes, in Collegio Mentis-acuti celebrandæ./

Et ita conclusit amplissimus Rector./

17. Mar. Anno dni 1772, die decimâ septimâ Martii, feriâ tertiâ secundæ in Quadragesimâ hebdomadæ, horâ septimâ matutinâ, habita sunt, in aulâ majori Collegii Ludovici Magni, pro more antiquo, Comitia Universitatis, ad aperiendum rotulum./.

1° Postulante M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit aperiri nominationum Rotulum./.

2° Inde processum est ad aulam Tribunalis academici; ubi cùm non sisteret se M. Paulus Hamelin, Bibliothecarius, acceptorum et expensarum rationem redditurus pro anno proximè elapso; absentiæ que causam haberet majorem, quòd à Rege sit ad flexienses Deputatus: Placuit prædictas rationes in annum proximum reservari./.

3° Quòd dictus est è vivis excessisse Mr. Clariss. M. de la Monnoye, unus è duobus Patronis, seu advocatis Juratis, quos habet Universitas apud Castelletum Parisiense, Placuit in ejus locum Officii V. C. M. Caillard, non mediocri eloquentiæ famâ et rerum forensium peritia celebrem.

4° Lecta est Epistola Illust. Procuratoris Catholici, ad ampl. Rectorem, de causâ M. Borde de Charmois; quam Placuit inscribi; iterum que advocari Consiliarios Universitatis forenses./.

Et ita conclusit amplissimus Rector./. Coger Rector.

Quatre Vingt six.

1772. Martio

Paris ce 14 Mars 1772.

Monsieur,

Mes sentimens personnels pour l'Université, l'obligation que mon devoir m'impose de veiller à ses interets m'engagent à Vous avertir qu'il se plaide à l'audiance du Vendredi une cause dans laquelle les privileges de l'université meritent peut-être de votre part une defense particulieres. Cette demarche peut-être prématurée il y a quelque temps deviendra necessaire en la soumettant actuellement à vos Conseils. Je ne puis que m'en rapporter à votre zele, et vous prier d'être persuadé des sentimens avec lesquels j'ai l'honneur d'être

Monsieur

Votre tres humble et tres obeissant serviteur
Signé Joly de Fleury.

inscriptio erat. à M. Le Recteur de l'université /

17. Mart.

Anno Dñi 1772, die Sabbati decimâ septimâ Martii, hora sesquidecimâ matutinâ, habita fuit, in Collegio Ludovici-Magni Comitia Deputatorum præclarae artium facultatis. / Quibus in Comitiis Cum amplissimo Rectore, et ornatissimis Procuratoribus Consederunt bini ex singulis Nationibus Antiquiores. /.

Primum Lectum est Supremi Consistorii Arrestum, latum die duodecimâ februarii proximè elapsi, ex quo Domorum Cholletearum administratio præclarae artium facultati Tribunali committitur, et integerrimus Universitatis Quæstor constituitur veluti in Procuratorem Sequestrum. Audito super eâ re Syndico, rogatis dictis quæ Sententiis, placuit 1°. prædictum arrestum in Commentarios Universitatis referri. 2°. hanc scribæ demandari provinciam, ut V. C. D. Nardot adeat, ipsumque roget, ut aliquos errores levissimos, qui amanuensis incuriâ irrepserunt, reparari curet. 3°. Stipendium idem adscribi Integerrimo Quæstori ob Domorum Cholletearum Procuratoriamum, quod eidem numerari solet pro acceptis et expensis ad totam Academiam pertinentibus, minimum vicesimum acceptarum denarium, ut aiunt. 4°. requisitæ eidem Integerrimo Quæstori, Nominati sunt in adjutores MM. Mercier et Duval, qui quæstori præstent consilium et operam, in prædictis reparandis et reficiendis.

Et ita Concluxit amplissimus Rector /

Collet Rector.

Extrait des registres du Conseil d'Etat

Le Roy s'étant fait representer en son Conseil les lettres-patentes du 21. 9bre 1763. par lesquelles S. M. auroit ordonné, que tous les boursiers des Colleges, où il ne se trouvoit plus de plein exercice, seroient reunis et logés dans les batimens du College de Louis le Grand, et que le surplus des batimens seroit employé à

Martio

tenir le Tribunal et les assemblées de l'Univ.té, et a y deposer les archives, même a y loger, autant que faire se pourroit, les Prof.s Emerites : Les Lettres Pat.s du 3. May 1766, par l'Art. 18. desquelles S.M. auroit ordonné que les Syndic, Greffier, Receveur, Bibliothecaire et Sous-bibliothecaire de lad. Univ.té seroient logés dans led. College de Louis le Grand, et dans les batimens qui seroient construits pour achever l'établissem.t du Chef-lieu de lad. Univ.té et qu'a cet effet, il seroit par S.M. arrêté un plan de constructions et réparations à faire pour led. établissement. lesquelles constructions et reparations seroient faites des deniers à ce destinés par S.M. ensemble l'arrêt du Conseil du 28. Juin 1770., par lequel S.M. dans l'intention de pourvoir à l'établissem.t du Chef-lieu de l'université d'une maniere convenable à la dignité de ce Corps, et de pourvoir en même temps au College de Louis le Grand toutes les commodités necessaires, pour y loger non seulem.t les boursiers qui existent actuellem.t, et ceux qui y ont été reunis ; mais encore ceux qui seront établis dans la suite, auroit ordonné, que les terreins et batimens qui composent l'ancien College des Cholets, et les 8 maisons y contigues et en dependantes seroient cedés a S.M. à titre de bail à rente pour contribuer à l'établissement du nouveau Chef-lieu, à construire, après que parmi les plans presentés par l'Université, S.M. aura aggréé celui qui doit avoir son execution. et par le même arrêt, S.M. se seroit reservé, jusqu'à ce qu'elle eut definitivem.t pourvu à ces objets, de regler la forme dans laquelle seroit faite la perception des loyers produits par led. terreins et batimens, l'emploi qui doit etre fait de ces loyers et la maniere de pourvoir à l'entretien desd. batimens ; et S.M. voulant faire connoitre ses intentions sur cet objet : Ouï le rapport du S.r Abbé Terray, Conseiller ordinaire au Conseil Royal, Controlleur General des Finances, Le Roy étant en son Conseil a ordonné et ordonne :/

Art. I.

Le Receveur de l'Univ.té de Paris fera la recette des Loyers qui proviendront de la maison appellée le College des Cholets, et des 8 maisons y contigues, acquises au nom de S.M. par contrat de bail a rente du 30. Juillet 1770 ; et a compter du 1.er octobre 1770, pour auquel la jouissance en a été abandonnée à Sa Majesté, jusqu'à ce qu'il en ait été autrement ordonné./

Art. 2.

Led. Receveur acquittera des deniers qui proviendront desd. Loyers, à compter dud. pour 1.er oct. 1770, les cens et rentes foncieres, et toutes les autres charges imposées sur lesd. maisons, desquels paiemens il sera tenu de justifier au Tribunal de la Faculté des Arts, par les quittances des Seigneurs et autres, sans avoir besoin pour le paiement des objets mentionnés au present article d'autre autorisation que celle qui lui en donné par le présent arrêt./

Art. 3.

Le Receveur acquittera aussi des mêmes deniers les dépenses des reparations qui seront a faire, pour l'entretien desd. maisons, et qui seront jugés necessaires par le Tribunal de la Faculté des Arts

Quatre Vingt Sept

1772. Martio

GEN. DE PARIS

lequel est autorisé a connoitre et a decider le de necessité des dittes reparations et du paiement des memoires des ouvriers sur le reglement qui en sera fait par le S. Camus de Mezieres, architecte de lad. Université./

Art. 4.

Les Baux actuellement subsistans de la maison du Col. des chol. et des six maisons en dependantes seront maintenus et entretenus, et aprés leur expiration, veut et ordonne S. M., que les baux d'icelles soient passés par le Receveur de l'Univ.té, en execution des deliberations, qui seront prises par le Tribunal de la faculté des Arts./

Art. 5.

Le Receveur de l'Univ.té sera tenu de remettre tous les trois mois un bref état de la Recette par lui faitte des Loyers desd. objets, et des depenses, qu'il aura acquittées, et d'en deposer le reliquat, aprés neanmoins la deduction qui lui sera accordée par le Tribunal de la faculté des arts.

Art 6.

Led. Receveur de l'Univ.té sera en outre tenu de comprendre chaque année, dans le compte qu'il doit rendre en execution de l'art 8. de l'arrêt du Conseil du 4 dec. 1766., la recette des Loyers desd. maisons et les dépenses qu'il aura faittes, conformém.t à ce qui est porté par les art. 2. et 3. du present arrêt; desquelles Recettes et dépenses il fera dans led. Compte des chapitres separés./

Art. 7.

Le Tribunal de la fac. des arts remettra au S. Contr. Gen. des finances, le plutot que faire se pourra, et au plustard en six mois, un plan pour la construction du Chef lieu de l'Univ.té, ensemble tels memoires et observations qu'il jugera convenables, pour sur lesd. memoires être par S. M. ordonné, ainsi qu'il appartiendra. Ordonne S. M., que le present arrêt sera inscrit sur le Registre de la ditte faculté des arts et des quatre nations. Fait au Conseil d'Etat du Roy, S. M. y étant, tenu à Versailles le douze fevrier mil sept cent soixante douze — Signé Phelippeaux.

Fourneau
Un. Scr.

19. Martii.

Anno dni 1772, die decimâ nonâ martii, habita sunt in Collegio Ludovici-Magni Comitia extra-ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis, præter Deputatos ordinarios, adfuerunt tres è Consiliariis Universitatis forensibus V. C. MM. Gillet, Lambon et Mey./

Dixit ampl. Rector ab Illust. Procuratore Catholico missam fuisse ad se Epistolam, cujus occasione præsentia convocata sunt Comitia. Itaque jussit Epistolam recitari, ac deinceps Conclusionem superioribus in Comitiis habitam super causâ M. Borde de Charmois./

his lectis, dixit ampl. Rector Universitatem ad partes M. Borde non accessisse unâ tantùm de causâ, quòd nimirum illa disceptaretur inter graduatos, quorum ipsa communis est mater. Igitur è re —

Academiæ Parisiensis esse, ut id quod præcedentibus in Comitiis positam fuit magis quàm expensum, his in Comitiis diligentissimè disputatur; utrum F. Mancel, Presb. Congregationis Gallicanæ S. Mauri, à quo Quinquennium intrà claustra Monasterii S. Albini Andegavensis confectum est, ab Universitate Andegavensi litteras nominationis, quas certè à Parisiensi nusquàm obtinuisset, rite obtinuerit.

Tum auditi Consiliarii forenses in diversas abiere sententias. Uni enim, et illi quidem, qui superioribus in Comitiis steterat contrà interventionem, visum est quæstionem ab Ampl.o Rectore modò agitatam, superioribus in Comitiis positam potius quàm expensam, ejus esse conditionis, ut res Academiæ Postulet, Illust. Procuratoris Catholici votis annui, causamque, inauditâ Universitate non dijudicari. Aliis verò duobus visum est perseverandum esse in deliberatis 1.o quòd cum F. Mancel juribus suis jura F. de Freigney, in Univ.te Parisiensi graduati, addiderit; Causa reverà agitatur inter duos graduatos in Universitate Parisiensi. 2.o quòd cum Universitas Andegavensis fidem faciat, Collegium SS. Sergii et Bacchi ab omni hominum memoriâ inter Collegia reputari, et esse reipsâ Universitatis, eodem modo, quo et ipsa S. Albini et S. Nicolai Monasteria, si Universitas ad illam causam accesserit, disceptatio illa fuerit minùs cum F. Mancel, quàm cùm ipsâ totâ Congregatione S. Mauri, immò ipsâ Universitate Andegavensi. 3.o rem esse longo annorum usu probatam, litteras nominationis ex studio in tribus dictis Monasteriis confecto obtineri, apud Andegavenses; eam autem ritè obtineri, rem esse non semel judicatam; adeòque causæ ab amplissimo Rectore expositæ incertam esse eventum. Nunc verò è dignitate Academiæ Parisiensis non videri, ut in causâ incertâ interveniat, adversùs Congregationem S. Mauri; ac præsertim, adversùs Universitatem Andegavensem, quæ soror ejus est.

Auditis Consiliariis forensibus, M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, pro re Academicâ postulavit, Monasterii S. Albini Andegavensis jura, si quæ sint, præsente et interveniente Universitate Parisiensi disceptari, adeòque votis Illust. Procuratoris Catholici annui; ipsique gratias ampl. agi, propter summum quod à Patribus suis accepit in Universitatem studium. Re in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, placuit perseverari in deliberatis.

Et ita conclusit amplissimus Rector.

Coger Rector

20. Martii.

Anno dni 1772, die vigesimâ mensis martii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Centuriata Universitatis, ad sacras supplicationes.

Primùm in aulâ Tribunalis academici consersum est, ubi supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii, MM. Carolus Michael du chemin, Presbyter Abrincensis, Augustinus-Maria Franciscus-a Paulâ Le Caron de Varenne, Subdiaconus Ambianus; Robertus-Josephus Christophorus Le Levain, Diaconus Lexoviensis, Joannes-Raison, Presbyter Æduensis; et Ludovicus-Nicolaus Duvaucel,

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

1772. Martio

Clerus Parisinus; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caetera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, sua placuit praef. supplicibus postulata concedi.

Deinde, quod Illustrissimus olim Lemovicensium Episcopus, datâ ad ampl. Rectorem Epistola, postulavit excusari M. Josephum Lamy de La Chapelle, Presbyterum Lemovicensem, et apud Lemovices Theologiae Professorem, quod se non sistat praesentem supplicaturus pro Litteris nominationis; in ejus locum supplicavit M. Franc. Michael Le Bel, Quaestor universitatis: Audito Syndico, placuit suum praef. supplici M. Josepho Lamy de La Chapelle, concedi, quin res in consequentiam trahat.

Postea stitit se vir Clarissimus M. Caillard, ac declaravit se gratissimo animo accipere officium advocati universitatis, apud Castelletum Parisiense, ad quod electus est die 17. hujus mensis, vacans per obitum viri Clar. M. de La Monnoye. Placuit, eum ad Sacramentum admitti.

Ad Sacramentum etiam admissi sunt, ab M. de Lormel, uno ex adjunctis rei Librariae praesentati, Paulus Hamelin, Ludovicus Jorry, Jacobus-Franciscus Froullé, et Eugenius Omfroy, Novi Librarii.

Inde in Comitium processum est, ubi, post habitam ab amplissimo Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quae gessit in suo Trimestri Magistratu, amplumque Comitatum praebuerunt ad aedem Deo sacram sub invocatione SS. Apostolorum, in Collegio Montacutio.

Ibi Pontificem egit M. Renard, Vigilantissimus Gymnasiarcha; Orationem habuit ad populum M. Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. Grammatices Professor, in Collegio Mazarinaeo.

Coder Rector.

Anno dni 1772, die vigesimâ quartâ mensis Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia praeclarae artium facultatis. 24. Martii.

Primum elegantissimam habuit orationem amplissimus Rector de iis omnibus, quae gessit in suo Trimestri Magistratu; atque inter caetera, de Decreto Supremi Consistorii, quo aedes Choletaeae ab optimo Rege inter manus praeclarae artium facultatis traduntur; tum de Epistolâ à Clar. Urbanae Politiae Praetore, occasione Scholasticorum, a quibus turbae extra Collegia nonnunquam excitantur; speciatim vero de Epistolâ Illustrissimi Procuratoris Catholici, in litem apud Magnam Cameram pendentem, inter M. Borde de Charmois, Graduatum in Universitate Parisiensi, et F. Manuel, Presbyterum Religiosum à Congregatione S. Mauri; justitque palam recitari Diploma Regium de domibus Choletaeis; Epistolas

Martio —

tùm Illust. Procuratoris Catholici, tùm Clarissimi Urbanæ Politiæ Proprætoris: Demùm Conclusiones à Tribunali Academico latas in causâ M. Borde de Charmois./

Dubourg. Gervais Langlois du bouchet Le febvre Jean de Michaëlis Noël de la tour villers de la faye

Quibus Lectis, factâque Supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi Maria-Joannes-Philippus Dubourg, ob gravem oculorum morbum, quòd testatur M. Bordeu, Doct. Med. Par.; Petrus-Ludovicus Gervais, clericus Rothomagensis, varias infirmitates, præsertim verò pectoris testante M. Belleteste, Doct. Med. Parisiensi;/ Antonius-Florimondus Langlois du Bouchet, clericus Claromontanus, ob assiduam duobus ab annis pectoris infirmitatem, quam testatur M. Hosty, Doctor Medicus Parisiensis/. Petrus Nicolaus Le Febvre, Presb. Constantiensis, propter eandem pectoris infirmitatem, testante M. Langlois, Doct. Med. Parisiensi; Joannes-Bapt. Jean de Michaëlis, Presb. Carpentoratensis, ob pectoris et oculorum dolores, quos testatur M. Coste, Doct. Med. Parisiensis; Franc. Noël de la Tour, Petrocorensis, ob gravem et molestam pectoris infirmitatem, quod testatur M. Philip. Doct. Medicus Parisiensis; Præterea petiit M. Ludovicus Philippus villers de la faye, ut ne sibi noceat, quòd prænominum ordinem inverterit./

Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, tùm de supplicibus, tùm de iis quæ Lecta sunt; postulante nimirùm pro re academicâ, ut Diploma Regium, Epistolæ Illustr. Virorum DD. Procuratoris Catholici et DD. Urbanæ Politiæ Prætoris, atque insimul Elegans amplissimi Rectoris oratio inscriberentur; abstinente verò à dicendâ sententiâ super causâ M. Borde de Charmois; Amplissimus Rector dimisit nationes, ut deliberarent, de supplicibus, Quatuor-viris, rati-habitione eorum quæ gessit, et inscribendis Diplomate et Epistolis./

Nationes regressæ per singulos Procuratores retulerunt. 1º se indulgere supplicibus, eâ tamen lege, ut non valeat immunitas ab onere scribendi, nisi ab ineunte mense Januario anni præsentis. 2º Confirmari à se Quatuor-viros mane electos; nimirùm in honorandâ Natione, M. Delneuf, Grammaticæ Professorem in Montacutio: in Fidelissimâ, M. Wallet, Grammaticæ Professorem in Regiâ Navarrâ; in Venerandâ, M. Larmenerie, Exprocuratorem: in Constantissimâ, M. Lallemand, Eloquentiæ Professorem Emeritum. 3º Velle se in Commentarios Universitatis et nationum referri Diplomâ Regium de domibus Choletæis, Epistolam utramque Illustrissimorum Procuratoris Catholici, et Urbanæ Politiæ Prætoris; gravissimamque et elegantissimam amplissimi Rectoris orationem. 4º rata et grata haberi quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu; eoque nomine Litteras Commendatitias ipsi decerni./

Præterea de interventione Mgro Borde minimè concessâ à Tribunali Academico, dixit honoranda Natio suam esse sententiam, ut interveniatur pro eo, nomine Universitatis; in quam sententiam —

Quatre Vingt Neuf

1772 Martii

descendit Veneranda Natio: & deliberatum est, ut Consulendus esset Juris-peritus: Constantissimus soluit./.

Quatuor-Viri, præstito Sacramento, conclave ingressi sunt; undè digressi per Magnum Delneuf retulerunt prorogatos à se huiusce sacras Rectorias Viro amplissimo D. Francisco-Maria Coger, Licentiato-Theologo, Rhetorum alteri in Magarinos. Quæ prorogatio ab omnibus Statim Nationibus Laudata et approbata fuit. Et ita concluxit amplissimus Rector./.

Coger Rector.

a Paris le 14. fev. 1772.

Je connois, Monsieur, vos dispositions pour le maintien du bon ordre, et combien vous desirerés pouvoir le concilier avec les interets des jeunes gens, qui frequentent les Colleges de Paris. L'un et l'autre objet me touchent également. Je serois très faché, que les troubles qu'ont occasionné quelques écoliers ces jours derniers se renouvellassent, et d'être obligé de les faire punir. Si cela arrivoit, les Commissaires ont ordre de ne plus envoïer en prison les auteurs du desordre; a moins qu'ils ne se fussent rendus coupables de quelque délit. Ils le contenteront de les retenir, jusqu'à ce qu'on se soit bien assuré de leurs noms et demeures, et quels sont leurs parens. Ils seront renvoïés ensuite, et chez le Comptable qui me sera rendu, je prendrai les ordres du Roi pour les faire arrêter et les faire conduire à S. Lazare. J'en userai de même pour tout ce qui pourra interesser la Religion, les mœurs et la discipline. J'ai cru, Monsieur, devoir vous informer de cet arrangement, qui m'a paru necessaire, pour ne pas laisser impunie l'inconduite de ces jeunes gens; et cependant, empêcher qu'ils ne soient confondus dans les prisons avec toute sorte de Criminels. Je ne doute que vous l'approuverés, et je vous serai infiniment obligé d'en donner connoissance à Mrs. les Principaux des Colleges, afin qu'ils en fassent part à leurs écoliers.

Je suis avec respect, Monsieur, Votre très humble et très obeissant serviteur. Signé de Vastine./.

Anno Dni 1772, die vigesimâ sextâ Martii, habita fuit Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici-Magni./. 26 Martii

Exposuit amplissimus Rector se, pro more, in Comitiis præcedenti Artium Sanctionis, die vigesimâ quartâ hujus mensis, retulisse de iis omnibus, quæ gesta fuere in suo Primistri Magistratu, antequàm illa postularet à Nationibus rata et grata haberi. Igitur relatum à se fuisse de iis quæ gesta fuere in causâ M. Borde de Charmois. Rem visam esse Nationibus gravioris momenti; honorandam que et venerandam illis Procuratoribus mandavisse, apud Tribunal Academicum declarasse, Sartum ordinem et tenendum esse pro M. Borde de Charmois esse intervenendum./.

Posteà, cum Sapientissimus Jurium Decanus et Orientalissimi Sicundus et Germanicæ Procuratores consultos à se pariter suos ordines suos declarassent: dixit Sapientissimus Medicinæ Decanus, se impositum omninò ad Comitia præsentia accedere; sine ordinem suum consuluerit; neque habere de quid eorâ deliberet, absentibus Consiliariis suorsibus, quibus cùm semel et iterum deliberatum est, interveniendum non esse. Itaque idem petiit advocari ad Comitia Consiliarios universitatis suorsus; atque cum iisdem primùm deliberari, utrum causa M. Borde denuò tractari queat. Audito Syndico, placuit convocari Patronos Universitatis; quibus cum primùm deliberetur, utrum causa M. Borde rursùs tractari queat/

Et ita concludit amplissimus Rector/

Cotet Rector.

28. Martii Anno dni 1772, die vigesimâ octavâ mensis aprilis, horâ sesquidecimâ, habita cum in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum præclaræ artium Facultatis, Selectarum que ad Concursum Arbitrorum/.

1° Primum lecta est Tabula Magistrorum à Illust. Senatus Principe, e Viris Regiis Selectorum, in Judices proximi Concursûs.

Liste des Juges du Concours
Choisis et nommés conformément et en execution des Lettres Patentes du 10. aout 1760. registrées en la Cour le 23. des mêmes mois et an, et de Lart. 4. du Reyl. attaché sous le contresel d'Icelles.

Premiere classe
Pour la Philosophie.
MM. Turquet, Maques, Georget, Vallé, Camyer, Duval/

Seconde Classe.
Pour la Rhetorique, seconde et Troisieme.
MM. Senies, le Beau, Lambert, Sargault, Desvelles, Gardin

Trois.e classe.
Pour la Quatrieme, Cinquieme et Sixieme.
MM. Dair, Lebel, Mouton, St. Jolivet, Binet Le Vasseur
Fait en l'hotel de M. Le Premier Président le . 1772.
Signé de Jaubigny, de Sargé, Jolly de Fleury, de Vaucreston/.

2° Eleemde dixit ampl. Rector præsentia habere Comitia ad eligendos ex singulis ordinibus binos Deputatos, qui inquirant de moribus et scitio Candidatorum ad proximum Concursum, ac de iis ad Comitia referant.

Tum auditus est M. Franciscus-Nic. Guerin Syndicus, qui de singulis Candidatis retulit, se vidisse instrumenta ad præsentem suppli cationem abillis prolata, ac prout academicè requisivit, ut binis pro singulis ordinibus nominarentur Deputati/ Præterea dixit se scire Candidatos,

ad primum ordinem; MM. Lud. Franc. Delacourt, Presb. Noviom.
Bened. Desnieres, Presbyt. Matisconensem; et Laurentium-Bernardum Geffray, Presb. Rhedonensem; qui cum inter Licentiatos Theologiæ-

1772.

Quatre Vingt Dix

Septimum, octavum et decimum Doctrinae Locum obtinuerint, uni dissertationi obnoxii sunt 2° M. Petrus Franciscus Chauveaux, Diaconus Carnutaeus; et Desforges Lugdunaeus 3° denium Franciscus Balthazar Curt, clericus Parisinus; quem quidem declaravit Merit. Syndicus viginti duorum annorum aetatem nondum attigisse, sed ante finem concursus esse completurum/.

Ad secundum; MM. Lud. Franc. Alexander Boudy, clericus Noviomensis; Joannes Baptista Claudius Maupoint, clericus Carnutaeus; Julianus Ludovicus Geoffroy, Rhedonaeus; Joannes Guillmouzon, acolythus Rothomagaeus; Petrus Maria Jacobus Neel, Rothomagaeus et Joannes Petrus Aubin, clericus Senonensis; quorum duo posteriores quatuor Praemia, inter Rhetoricae Candidatos, in solemni Praemiorum distributione consecuti sunt; adeoque à priori exercitatione immunes./.

Ad Tertium ordinem. MM. Claudius Ducreux, Augustodensis; Petrus Ant. Regnaudin, clericus Meldensis; Joan. Franc. Alexander Le Febvre, cler. Noviomensis; Petrus Franc. Henoque, cler. Ambianensis; Joan. Jos. Rom. Barbier, Rothomagensis; Joan. Petrus Odelin, cler. Noviomensis; Raymundus Lud. Bouleste, cler. Parisinus; Steph. Lud. Jouy, Parisinus/.

Demum nominati sunt bini è singulis Judicum ordinibus Deputati, qui de Candidatorum moribus et peritiâ inquirant, et referant; pro primâ classe MM. Camyer et Vallé: pro secundâ, MM. Senier et Gardin; pro tertiâ, MM. Le Bel et Mouton; atque inter Deputatorum manus tradita sunt à Syndico instrumenta à Candidatis prolata/.

Et ita conclusit Am. pl. Rector/

Coder Rector.

Eâdem die, horâ post meridiem tertiâ, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Extraordinaria Deputatorum Universitatis Comitia. Quibus in Comitiis adfuerunt duo è Consiliariis forensibus MM. Gillet et Mey./. 28 Mart.

Antequam deliberaretur, Jussit Amplissimus Rector legi conclusionem postremis in Comitiis latam de Convocandis Universitatis Consiliariis forensibus; quibus cum deliberaretur primùm, utrum causa M. Borde rursùs tractari queat. Utriusque sententia fuit causam non esse de novo tractandam; nisi omnes Deputati in id consentirent; atque novum aliquod mutandae sententiae momentum afferretur. Auditis Consiliariis forensibus, auditoque Syndico, cui visum est in re praesenti, quae administrationis est, suffragiorum pluralitatem non unanimitatem requiri, ut de novo tractetur: Rogatis sententiis, dictum est. Causam M. Borde non esse de novo tractandam in Tribunali Academico/.

Deinde placuit adornari Libellum memorialem de Litteris Nouv

nationis, quae Regularibus intra claustra Monasteriorum Studentibus conceduntur, Illustrissimo Franciae Cancellario offerendum/

Deinde, Rogari ampl. Rectorem, ut, assumptis Scium, quos voluerit, Comitibus, adeat Illustrissimum Procuratorem Catholicum, ipsi gratias acturus/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Coder Rector.

2. Apr. Anno Dni 1772, die secunda aprilis, habita sunt Comitia Extra-ordinaria Deputatorum universitatis, in Collegio Ludovici Magni. —

Dixit Ampl. Rector, allatam ad se fuisse à S. M. N. Nicolao Louvel, Collegii Harcuriani Provisore ac Primario, conclusionem Sacri ordinis pridie habitam in ejus Comitiis generalibus; cujus quidem occasione praesentia habentur Comitia. deinde conclusionem hanc recitari jussit. hujus tenor sequitur/. Extract. è Comm. S. Facultatis

die 1a Aprilis 1772./

Censuit interveniendum esse citò citius, nomine Univlis, contrà Monachum Congregationis S. Mauri; adeòque praesentis deliberationis exemplar Statim à Comitiorum fine ad Ampl. Rectorem esse Deferendum à Deputatis ad hoc Specialiter nominatis, aut ab uno Deputato; qui eum enixè rogent, ut votum S. F. singulis Ordinibus quamprimum communicet: Mandandumque Ven. D. Decano, ut prò interventione stet apud Trib. Academicum, nec suam, qualiscumque sit privata sententia, aperiat, sed votum S. F./

2o Si contra interventionem Consultorum Ordinum stet major pars: Mandandum dignissimo D. Syndico (S. F.), ut nomine ~~Universitatis~~ S. Facult. interveniat, antequam de lite pendente verba faciat Orator Catholicus. Signatum de Bar S. F. Scriba/. prob. vocis unius Litera/

Tum Sap. Th. Decanus M. Claupy, mihi Scribae in manus tradidit eandem conclusionem à se et Scriba S. F. subsignatam; atque declaravit hoc esse votum Sacri ordinis/

Lectâ Exhibitione Sacrae facultatis: audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, habitâ ratione novi momenti, quod ex voto Sacrae facultatis exurgit, unanimiter Placuit, interventionem ad Causam M. Borde de Charmois in novam deliberationem mitti/.

Itaque, re in novam deliberationem missâ, audito eodem meritissimo Syndico, unanimiter Placuit in causâ M. Borde de Charmois interveniri; ut Universitas accedat ad Provocationem ab abusu interjectam ab eodem contrà Litteras quinquennii et nominationis Viris Religiosis Congregationis S. Mauri, ac nominatim F. Manuel concessas, et concedi solitas ex Studiis intrà claustra Monasteriorum dictae congregationis habitis.

Quae quidem Conclusio ex tempore lecta et recognita est, propter temporis angustias, et festinandi necessitatem; simulque facta est potestas meritissimo Syndico interveniendi, ipsâ praesenti die, nomine Universitatis/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/.

Coder Rector.

Quatre Vingt Douze

1772. Apr

Anno dni 1772, die quarta Aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis Consederunt — 4. aprilis

1°. Supplicavit, pro Litteris nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii M. Joannes-Jacobus-Franciscus Gillet de Valleroy, Diaconus Nagdunensis. De eo retulit M. Franc. Nicol. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab eo fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit Suo proef Supplici postulata concedi /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta /.

3°. Supplicavit pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii, Sub nomine et clientelâ Universitatis, M. Petrus Peche, in Artibus Magister. Audito merit.° Syndico, nominati sunt Ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores, qui de illius peritiâ, moribus et doctrinâ inquirant, ac de iis ad proxima Comitia referant /.

4°. De Opusculo, quod in Lucem edere parat V. C. M. Christianus Le Roy, Rhetoricæ Professor in Cardinalitio, si Alma Studiorum Parens approbaverit; audita est relatio MM. Lallemand et le Vasseur, Deputatorum; cujus tenor sequitur. Jussu Tribunalis Academici legimus Opus Manuscriptum, novo præfigendum æsopicarum fabularum delectui, quem jam in Lucem edidit M. Le Roy, Cl. in Collegio Cardinalitio Eloquentiæ Professor. Quo quidem in opere breviter ac dilucidè explicantur prima Linguæ Græcæ Principia; quæ præsertim spectant primarias nominum ac verborum inflexiones, omissis et in ætatem maturiorem dilatis, quæ disquisitionis sunt intricatioris, mentes que puerorum onerant et distrahunt. Secundariæ tamen Græcarum vocum mutationes, seu contractiones in eodem Opusculo ità attinguntur, ut quidquid difficultatis occurrat ex eo genere in fabulis, id annotationibus ad fabulas annexis, mirâ quâdam sagacitate ac doctrinâ explanetur. Hunc ce libellum pueris Græcas Litteras auspicantibus maximè utilem fore judicamus. Datum Paniiis die 4.ª mensis aprilis, anno 1772. Signatum Lallemand. Le Vasseur. Audito M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico, Placuit Laudari et approbari opusculum, pueris Linguam Græcam auspicantibus utilissimum /.

5°. Lecta est Epistola V. C. Academiæ nostræ amantissimi ac de eâ præclarè meriti DD. Cochin, super negotio M. adei, Doctoris

pendente apud Supremum Regis Consistorium pluribus abhinc annis; de immunitate ab onere plebeio, Gallicè les francs fiefs; atque hanc in rem nominati sunt Sap. Jurium Decanus M. Bouchaud et M. Le Bel, Quaestor, qui de eâ ad proxima Comitia referant/.

6° Quod pridie M. Borde de Charmois apud Magnam Curiae Cameram causam obtinuit; unde Spes affulget Graduatis saecularibus obtinendi in Commendam illa beneficia, quae, etsi in illis nullus est Conventus monasterii, pro regularibus tamen ante hac habita sunt; ille ad Tribunal Academicum accessit, gratias acturus Universitati ob suam interventionem, gratulaturus Graduatis saecularibus nova jura; polliciturusque, se nusquàm immemorem fore, facultatem hanc, quam deinceps habiturus est nominandi ad quaedam Beneficia quibus animarum cura incumbit, ex studiis in universitate Parisiensi confectis ortam esse. Quod verbum amplissimus Rector annuit in Commentarios referri/

Et ita Concluset amplissimus Rector/.

Coder Rector.

4 Apr. Anno Dñi 1772, eadem die quartâ aprilis, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis, selectorumque ad Concursum judicum, in Collegio Ludovici Magni/.

Auditis Deputatis de vitâ, moribus et Doctrinâ Candidatorum, qui Concursum proximè imminentem: a quibus dictum est se adiisse viros pietate insignes, a quibus quae Candidati scripto, eadem ipsi Deputati vivâ voce luculenta honestae Candidatorum vitae sanaeque Doctrinae testimonia retulerunt; placuit 1° suum praef. supplicibus postulatum concedi; uno tantum excepto, qui aliam vivendi rationem iniit. 2° in Commentarios referri, ac typis mandari tabulam Magistrorum ad singulos aggregationis ordines contendentium, anno praesenti M.dcc.LXXII. 3° Rogari V.E. M. Vallé, Professorem Emeritum, ut quam adhibuit praeclarae artium facultati, annis superioribus, operam, eandem adhibere porro pergat/.

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est.

Coder Rector.

11 Aprilis. Anno Dñi 1772, die undecimâ mensis aprilis, congregata est praeclara Artium facultas, in Collegio Ludovici-Magni, ad aperiendum Concursum/.

Primùm ampl. Rector, Ornat. Procuratores, Officiarii Majores Universitatis, Nationum Deputati, selectique Concursus judices cum octo Nationum Procuratoribus interfuerunt solemni sacro.

Quatre Vingt Douze

~~Aprile~~ Aprili

de Spiritu Sancto, quod post decantatum hymnum Veni Creator, in Sacello Collegii celebratum est. Pontificem egit M. Dair Mayor, Professor Emeritus, unus è Concursûs Judicibus/.

Inde ad aulam academicam processum est, ubi, praesente et annuente Praeclarâ artium facultate, orationem habuit, M. Vernadé, Doctor aggregatus ad tertium ordinem: Carmen verò Latinè recitavit M. Guerault, Junior, Doctor aggregatus ad Secundum/.

Posteà Ego Scriba, jubente Ampl.o Rectore, recitavi nomina Magistrorum in artibus, ad Aggregationem, anno praesente, contendentium/.

Nomina et Ordo

Magistrorum in Artibus ad Aggregationis Singulos ordines Contendentium anno M. Dcc. LXXII =

ad Primum ordinem

M. Lud. franc. Delacourt, Presb. Noviomensis, Lic. Th. Soc Sorb., uni dissertationi obnoxius, quod Septimum Doctrinae locum inter Theol.ae Licentiatos obtinuerit/.

M. Benedictus Dasnieres, Presb. Matriconensis, Lic. Theol., Soc. Navar; uni dissert.i obnoxius, ob octavum Doctrinae Locum/.

M. Laurentius-Bern. Geffray, Presb. Rhedonaeus, Lic. Th. Soc. Navar; uni dissert.i obnoxius, ob decimum Doctrinae Locum.

M. Petrus Chauveau, Diaconus Carnutaeus/

M. franciscus-Balthazar Cart, clericus Parisinus/

ad Secundum ordinem

M. Ludovicus-franc. Alexander Boucly, clericus Noviomensis/

M. Joannes-Bapt. Claudius Maupoint, clericus Carnutaeus/.

M. Julianus Lud. Geoffroy, Rhedonaeus/

M. Joannes-Guillelmus Mouzon, acolythus Rothomagaeus/

M. Petrus-Maria Jacobus Neel, Rothomagaeus, à priori exercitatione immunis, quod, in solemni praemiorum academicorum distributione, inter Rhetoricae Candidatos, quater coronatus fuerit/

M. Joannes-Petrus-Aubin, clericus Senonensis, à priori exercitatione immunis, propter quatuor Praemia, inter Rhetoricae Candidatos/

Aprili

ad Tertium Ordinem.

M. Claudius Ducreux, Augustodunensis./
M. Petrus-ant. Regnaudin, clericus Meldensis./
M. Joannes-Franc-Alexand. Le Febre, cler. Noviomensis/
M. Petrus-Franc. Henoque, clericus Ambianensis/
M. Joan-Jos-Romanus Barbier, Rothomagensis./
M. Joannes-Petrus Odelin, clericus Noviomensis./
M. Raymundus-Lud. Bouleste, cler. Parisiensis/
M. Steph. Lud. Joüy, Parisinus/.

Tum novi Concursûs Arbitri solitum inter manus amplissimi Rectoris Sacramentum praestiterunt/. Et sic soluta sunt Comitia/.

Anno dni 1772., die Lunae decimâ tertiâ mensis aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia selectorum è tribus Philosophiae, Rhetoricae et Grammaticae ordinibus Judicum, in quibus suae singulis ad concursum candidatis distribuerentur Exercitationes/.

Prima Exercitatio./.

Mense aprili.

Die Martis. 14. Grammatici orationem Gal. in Latinam vertent./
Die Jovis. 23. Philosophi de Metaphysicis disserent: Rhetores orationem scribent Latinè: Grammatici orationem Latinam in Gallicam vertent/
Die Sabbati 25. Philos. de Physicis disserent. Rhetores carmen Latinè. Gram. orat. Graecam in Gallicam./.

Secunda Exercitatio

Mense aprili.

Die Lunae 27. Mané. 1º M. Chauveau Prior Thesis. 2º M. Boucly, inter Rhetores; 3º M. Ducreux, inter Grammaticos Prior Exercitatio/

Vesperè, Inter Rhetores, M. Geoffroy: inter Grammat. M. Regnaudin./. nimirum, M. Chauveau de Logicis, Phytaphysicis et Moralibus; M. Boucly, in Lib. 1. Iliad: orationem ad Quirites, post reditum; et T. Livii Lib. 1 de Bello Punico: M. verò Geoffroy, in Lib. 3um Iliados; orationem post reditum in Senatu; et 3um Lib. de Bello Punico; M. autem Ducreux, in Librum 3um de officiis —

1772 Aprili

Georg. Lib. 4um et Luciani Gallum; M. vero Regnaudin, in Dialogum de Senectute, Metamorphoseon Lib. decimum tertium, et Isocratis Orat. ad Demonicum/.

Die Martis 28. Mané: M. Cuart. Prior Thesis; et Prior Exercitatio, M. Le Fevre, inter Gramm. Vespere, Prior exercit. M. henoque/

nimirum; M. Curt, in Log. Metaph. et Moralem: M. Le Febvre, in Librum Secundum de officiis, Librum Secundum Georgicorum, et Luciani Timonem: M. henoque, in Ciceronis Paradoxa et Scipionis Somnium, Metamorph. Lib. 2um, et Cyrop. Lib. tertium./.

Die Mercurii, Mané, M. Barbier Prior exercitatio, in Q. Curtium Lib. quartum et quintum; Metamorphoseon Lib. 4um et Cyropediae Librum quartum/./

Die Jovis trigesima, Mané. M. aubin, in Philip. 3am Demost. Aeneid Lib. xum, et Lib. 5um de Bello-Punico. et M. Odelin, in Dialog. de amicitia: Bucol. 1am Virg. et Cyropediae Lib. Secundum. Vesperé autem, M. Mouzon, in Secundam Philip. Demost: horatii Artem Poet. et Lib. quartum de Bello-Punico: M. vero Bouleste, in Lib. 1. de off. Lib. 1. Georg. Luciani Carontem/

Mense Maio

Die Sabbati Mané./ nimirum.

Die Secunda mensis Maii, mané. M. Joüy in Lib. 5. et 6. Q. Curt: 7um Metamorph. et 5um Cyropediae/.

Die Lunae 4a. Mané. Posterior Thesis M. chauveaux in Malhesim et Physicam

Die Martis 5a. Mané. Posterior Thesis M. Curt, in Malh. et Physicam./.

Tertia Exercitatio

Mense Maio

Die Lunae 4, Mané, 1o M. Boucly de Exordio, et M. Geoffroy, de Narratione. 2o M. Ducreux de Cap. 5o et 6o Dial. de Amicit., et Linguae Latinae Principiis; et M. Regnaudin, de Cap. 15. et 16. Lib. primi de officiis; et Graecis declinat. Sintaxeosque Regulis/.

Vesperé 1o M. Mouzon, de Refutatione, et M. aubin de Peroratione. 2o M. Le Febvre, de Cap. 12. et 13. Lib. secundi de officiis, et Participiorum Gallic. Regulis; et M. henoque de Capit. 6o et 7o Dialogi de Senect. et Linguae Galicae Principiis/.

Die Martis 5. Mané, M. Barbier, de Cap. 11. et 12. Lib. tertii de off: et Verborum Graec. Conjugationibus, et M. Odelin, de Fab. 5a et 6a Lib. decimi-tertii-Metamorp./.

Vesperé M. Bouleste de Ecl. quarta Virg: et Aristae Orationis Legibus; et M. Joüy, de Posterioribus 100. versibus Fab. Aristaei, et Linguae Graecae Principiis/

Aprili ——————————

Mense Maio

Die Lunæ 11ª, mane, M. Chauveau, de insufficientiâ Legis Naturalis/

Die Martis 12ª, manè, M. Cart, de Virium obliquarum Theriâ/

Et ita ab ampl. Rectore conclusum est/

28. Aprilis

Anno Dñi 1772, Die vigesimâ octavâ mensis Aprilis (feriâ nimirum tertiâ post Dominicam in albis) horâ septimâ matutinâ, habita est in Collegio Ludovici Magni, synodus Beneficiatorum Universitatis/

Postquam Synodum, habitâ oratione, aperuit amplissimus Rector, Beneficiali pro Academicum scribam hoc ordine appellati sunt/

Pastores

Ecclesiarum Parochialium.

M. Claudius Leger, in art. Mgr, Pastor Eccl.æ Parochi. S. Andreæ ab arcubus/

M. Joannes Bapt. ant. Cotelle, Lic. Th., Pastor Eccl.æ Parochi. S. Germani veteris/

M. Joannes Franc. de la Roue, Doct. Theol., Pastor Eccl.æ Parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

Capellani

M. Nicolaus Louvel, Doct. Theol.; Provisor et Primarius Sorbonicus, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ, in Eccl.â Parochi. S. Andreæ ab arcubus/

Capellaniarum Savoësianarum.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Bac. Theol./

M. Antonius le Clerc, Bac. Theol/

M. Mathæus le Pique du Fresne, Lic. in Utroque Jure/

M. ant. Vicarius, ant. Rector, et Theol. Prof. in Regiâ Navarræ/

M. Jos. St Jorre, Bac. Th. Cum. Prof. in Marchiano/

de Castelleto/

M. Julianus Chabrun, Bac. Theol/

M. Aymus Cottin, Doct. in Utroque Jure/

M. Durand, in art. Mgr/

de Thesauro Regio

M. Franc. Vitasse de Fontaines, Lic. Theol.

M. Franc. de Montchablon, Subd. Cathedralensis.

Absunt MM. Leger, Cotelle, le Pique du Fresne, Durand, Vitasse et Montchablon; hi ob grav. Morbum, duo MM. Durand et Montchablon excusati sunt postea a me.

Auditis Syndico, Omnes præsentes laudati; qui absentiæ causam attulerant, excusati; cæteri solitâ mulctâ pleni. Acta Concluserit Amplissimus Rector/

Quatre Vingt quatorze.

1772. Maio

Anno dñi 1772, die secunda mensis Maii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni /. 2. Maii

1° Supplicavit, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Ludovicus Franciscus Coutans, Presbyter Noviomensis, de quo retulit M. Franc. Nicol. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit suum praefato supplici postulatum concedi /.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta /.

3° Quodunus è Nuntiis Juratis Universitatis M. Puvis de La Chaux apud Supremum Regis Consistorium pro Castelletis Parisiensis obtinendo foro, Nuntius Juratis assignato, Litem habet pendentem, adversus quendam Burgundiae Ducatus civitatem, privilegia Ducatus Academicis objicientem. Audito Syndico, Lectoque Libello Memoriali, Placuit non quidem denuntiari juridicam accessionem, Universitatis nomine, sed Rogari Amplissimum Rectorem ut assumptis suum officiariis Majoribus, Illustrissimum Franciae Cancellarium, Clarissimosque Judices consistorianos adeat, Nuntiorum Academicorum Jura commendaturus /.

Et ita ab Amplissimo Rectore conclusum est /

Coger Rector

16. Maii

Anno dñi 1772, die decimâ sextâ mensis Maii, congregata est praeclara artium facultas, in Collegio Ludovici Magni, ad claudendum concursum /.

Postquam solemne sacrum, solito ritu, peractum est, cantatusque hymnus Eucharisticus Te Deum; itum est in Comitium, ubi Orationem Latinam habuit M

Carmen vero Latinè recitavit M.

Posteà Lecta est Tabula Doctorum in artibus ad singulos ordines Aggregatorum, hoc ordine

Nomina

Doctorum in artibus. Aggregatorum

die 16. mensis Maii Anno M dcLXXII =

Ad Primum ordinem.

M. Benedictus d'Asnieres, Presbyter Matisconensis, Licentiatus Theologus, Socius Navarricus /.

Maio ——— Junio ———

ad Primum ordinem

M. Laurentius Bernardus Geffray, Presbyter Rhedonaeus, Licentiatus Theologus, Socius Navarricus/.

M. Petrus franciscus Chauveau, Diaconus Carnutaeus/.

M. franc. Balthazar Curt, Clericus Parisinus/

ad Secundum Ordinem

M. Lud. franc. alex. Boucly, clericus Noviomensis/.

M. Julianus Lud. Geoffroy, Rhedonaeus/

M. Joannes Petrus Aubin, clericus Senonensis/

ad Tertium ordinem.

M. Joan. franc. alex. Le Febore, clericus Noviomensis/

M. Petrus franc. henoque, cler. ambianensis/.

M. Stephanus Lud. Jouy, Parisinus/

Et sic soluta sunt Comitia/ Fourneau un. scr.

2. Junii

Anno dni 1772. die secunda mensis junii, habita sunt Extra-ordinaria Deputatorum praeclarae artium facultatis Comitia, in quibus, praeter amplissimum Rectorem et ornatissimos quatuor nationum Procuratores, adfuerunt bini e singulis ordinibus Deputati./.

Dixit amplissimus Rector, Litteras Regias, inconsulta et insciâ Universitate, versalis datas fuisse, die 16a. mensis maii proximé elapsi, in favorem Collegii Regii franciae; easdemque ad Supremum Senatum missas esse ante aliquot dies, quae in ejus tabulas referrentur; Litterarum summam esse, dictum Collegium in gremium Universitatis adscribi; deinde partem nuntiatuum academicorum non exiguam eidem adscribi. Audito super eâ re M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico; Placuit 1o. ex tempore, amplissimum Rectorem, ornatissimos Procuratores, cum adjunctis et officiariis Majoribus Universitatis se conferre ad Illustrissimum Senatûs Principem; Vetus academiae Parisiensis Patrimonium contra Professores Regios, reclamari, totius praeclarae artium facultatis nomine; deinde ipsâ praesenti die, singulas Nationes ab ornatissimis Procuratoribus convocari, super negotio praesenti gravissimo./.

Et ita Conclusit ampl. Rector/.

Coder Rector.

Ecomitio itum est ad Illustrissimum Senatûs Principem, qui non obscuré innuit, sibi non arridere Litteras dictas fuisse nobiscum communicatas; simulque palam vetuit, ne publici juris fierent/

Fourneau un.

Quatre Vingt Quinze

1772. Junio

Anno dni 1772, die quartâ Junii, singulisque diebus proximè sequentibus, habita sunt, super negotio Collegii Regii Franciæ Comitia Deputatorum præclaræ artium [illegible]tatis; quibus in Comitiis placuit 1° Libellum Memorialem sub nomine annotationum adornari, cum Vico Clarissimo DD. Sallyer, causæ Cognitore, communicandum. 2° Singula ejusdem Capitta discussa, præfixa et præparata sunt. 3° Rogatus est M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ut pro suo in academiam studio, singularique dicendi et scribendi elegantiâ et ubertate manum operi admovere velit./. 4. 5. et 6. Junii

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est./.

Coder Rector.

Anno dni 1772, die sextâ mensis Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis, in Collegio Ludovici Magni./. 6 Junii

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Franciscus-Josephus Herail de Mascaret, Diaconus Bisuntinus; Natalis-Franciscus de la Laurencie, Subdiaconus Engolismensis; Joannes Baptista Perrue Subdiaconus Catalaunensis; M. Jacobus Grellet, Diaconus Lemovicensis; Carolus-Henricus Antonius Duval de Dampierre, Presbyter Catalaunensis: de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, sua placuit singulis supplicibus postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Quod, die 14 mensis maii proximè elapsi, V. C. M. Witaste, Licentiatus Theologus, Capellanus unius è Capellaniis academicis de Thesauro Regio, coram actuariis publicis Boulard et Dulion, Capellaniam hanc suam purè ac simpliciter dimisit, nullâ facta mentione Universitatis ad quam dictæ Capellaniæ collatio pleno jure spectat et pertinet; ac deinde dimissionem hanc suam immediatè direxit ad Consultissimam Jurium facultatem, cujus nominandi vices recurrunt; Quod verò Consultissimus ordo, in locum dicti M. Witaste alterum Capellanum M. Pelletier, Presbyterum Segesterotensem priùs suffecit,

Junio

quam Tribunal academicum de dicta abdicatione quidquam audiret; Primum Lectum est Utrumque et abdicationis et Nominationis instrumentum; Deinde, audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, rogatis dictisque sententiis, Dictum est, nullam esse et irritam abdicationem factam à M. Witaste, cum inter manus Rectoris, Decanorum, Procuratorum, et Procurum academicorum facta non fuerit; adeò que non valere factam à Clarissimis Antecessoribus nominationem, ad Capellaniam minimè vacantem/

4°. ad diem decimam nonam hujus mensis, indictæ sunt generales universitatis Supplicationes/

Et ita conclusit ampl. Rector/

Coger Rector.

Eâdem die, Solutis Tribunalis academici Comitiis, coram ampl. Rectore, Ornat. Procuratoribus, et uno aut altero è Deputatis praeclarae artium facultatis Lecta et ab ipsis approbata est brevis et compendiosa expositio Rationum pro Universitate adversus Professores Regios Militantium, Jussu Tribunalis à me scribâ adornata; eam que placuit instar levioris armaturae militum, primam frontem ~~[illegible]~~/

Fourneau
Ur. S.

11. Junii Anno dni 1772, die Jovis undecimâ mensis Junii, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis Lectus est Libellus Memorialis a Meritissimo Syndico adornatus, in Litteras Regias Collegio Regio Franciae concessas; Quem quidem diligenter expensum, auctum, resectum, emendatum placuit ~~[illegible]~~ singulas nationes deferri. Et ita conclusit ampl. Rector/.

Coger Rector.

12. Junii Die Veneris duodecimâ ejusdem mensis, Ornatissimi Nationum Procuratores Ordinum suorum retulere Sententias. Quibus inter se Collatis, placuit opus ad umbilicum ductum amanuensibus ipsâ die tradi; atque sequenti ad Sanctissimos Magistratus deferri. Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Coger Rector.

19. Junii Anno dni 1772, die decimâ nonâ mensis Junii, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici Magni, ad Sacras Supplicationes.

Primum in aulâ Tribunalis academici consessum est, ubi supplicarunt, prò Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Claudius André, Presbyter Lugdunensis; Joannes Baptista Navieres, Presbyter Lemovicus, et Jacobus Nicolaus Crosnier, Presbyter Ambianensis; de quibus retulit

Quatre Vingt Seize

GEN. DE PARIS

1772. Junio

M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico Placuit sua præf. supplicibus postulata concedi./

Deinde Sacramentum solitum præstitere inter manus Amplissimi Rectoris, novi Librarii à M. de Lormeleno ex adjunctis rei Librariæ, scilicet Laurentius Franciscus Guillaume: Joannes Georgius-antonius Stoupe: Nicolaus Ruault, et Ludovicus-Alexander Jombert, natu minor./

Sacramentum pariter præstitit inter manus Amplissimi Rectoris novus Normanicæ Nationis Apparitor frigoule, in locum Filii suffectus./

Lectum est instrumentum novæ abdicationis factæ à M. Witaste, resque ad sequentia Comitia missa est./

Item est in Comitium, ubi, post habitam ab amplissimo Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quæ gessit in suo Trimestri Magistratu, amplumque Comitatum polliciti sunt rité processuro ad ædem Dei Sacram sub invocatione B. Mariæ de Angelis, apud Sanctimoniales Visitationis, in viâ S. Antonii./

Pontificem egit M. Xaupy, Theologiæ Decanus: Orationem habuit ad Populum, de Laudibus Optimæ fundatricis de Chantal in albo Sanctorum recens adscriptam, M. Millon, Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. Sejan, Grammaticæ Professor in Sorbonæ Plesseo./

Coger Rector.

Die vigesimâ ejusdem mensis, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium facultatis, in quibus designarentur Præsides et Arbitri Concertationum academicarum proximè imminentium; quorum tabula proximis in Comitiis generalibus recitaretur, et a Nationibus confirmaretur./ 20. Junii

Fourneau un. S.

Tabula

Præsidum et arbitrorum in Concertationibus academicis ad solemnem præmiorum distributionem./

In Rhetoricâ

Præsides { MM. Lambert et Le Bel./
MM. Furgault et D'arragon.

Arbitri { MM. Le Beau, Gardin, Le Vasseur, Charbonnet./
MM. Lallemand, Maltor, Cosson, de Lisle/

In secundo ordine

Præsides { MM. Marcas et Sanson./

Junio

arbitre { MM. Vicaire, Jacquin, Binet, L. Romond /
MM. Le Roy, Rivaux, Cerisier, Dupuy /

In tertio Ordine.

Praesides { MM. Desmales et Labour

Arbitri { MM. Louvel, Gaudet, Roussel, et Dupont.
MM. Mauduit, Seigneur, Desrés, Raüy

In quarto Ordine.

Praesides ... MM. St. Joirre et Bergeron

Arbitri ... MM. Cahours, Noguette, Patin, Maillard /

In quinto Ordine.

Praesides ... MM. Dair Major, et Aubry,

Arbitri ... MM. Mouton, Bouteillier, Dair 2us, et Mayet

In Sexto Ordine.

Praesides ... MM. Delneuf 2us, et Potel.

Arbitri ... MM. Beuseboeq, Varin, Germain Sejan /

Deinde Lectus est Libellus Memorialis cui Titulus Eclaircissement sur les Lettres Patentes concernant le College Royal, ab uno è Professoribus Regiis, ut videtur confectus: cum que retulisset ampl. Rector de iis quae occasione hujus Libelli gessit apud Illustrissimum Franciae Cancellarium, a quo acceperat, rem totam inter Manus Illustrissimi Senatûs Principis traditam esse: Rogatus est idem ampl. Rector, ut assumptis secum Comitibus tribus Universitatis officiariis Majoribus, adeat ex tempore Illustrissimum Senatûs Principem, gratias acturus, universitatis nomine, ac rogaturus, ut quam adhibuit hactenus universitati operam in negotio Collegii Regii Franciae, eandem velit porro adhibere

Et ita conclusit amplissimus Rector /.

Coper Rector.

Itum est ad Illustrissimum Senatus Principem, a quo id responsi acceptum est, Libellum Memorialem ab universitate super illo negotio conficiendum, sibi et Viro Clarissimo DD. Abbati Mignot, novo causae Cognitori tradendum in manus, sed neque typis illum esse mandandum, neque publici juris faciendum /. Fourneau

23. Junii

Anno dni 1772, die vigesimâ tertiâ mensis Junii, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni /

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem tempori

Quatre vingt dix-sept

1772 Junio

GEN DE PARIS

apprimé accommodatam, facta supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi Joannes-Bapt. Neraudot, clericus Parisinus; ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Belleteste, Doct. Med. Parisiensis; Dominicus Seguyer, ut ne sibi noceat, quod morbo detentus nomen in priore Physicorum non inscripserit, testante eodem M. Belleteste; Jacobus Guyart, Senonensis, quod in Catalogo scribae nomen inscriptum non reperiatur, cum in Professoris et Gymnasiarchae extet Catalogo: Ludovicus Pouret, ob interruptum ex morbo studium Philosophicum; Josephus-Joannes-Franciscus de la grande gourdon de Floirac, clericus Cadurcensis, quod nomine gentilitia de la grange gourdon omisit; Franciscus Guillelmus Viviat, Tullensis, quod praenomen Guillelmus non inscripserit: Carolus Eduardus de Rutledge, quod nomini particulam de perperam addiderit; Joannes Fayolle, Subdiaconus Claromontensis; quod addiderit Baptista Petrus Vayron, clericus Sanflorensis, quod addiderit andreas./.

Neraudot, Seguier - Guyart Pouret de Floirac Viviat. Rutledge Fayolle. Vayron.

Audito Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ut deliberarent, de supplicibus, Quatuor-Viris, et rati-habitione eorum quae gessit./.

Nationes digressae ac deinde regressae per ornatissimos procuratores retulerunt. 1° Se supplicibus omnibus indulgere. 2° Confirmari à se Quatuor-Viros mane electos, scilicet in honorandâ Natione M. Gagnot, Philosophiae Professorem in Mazarinaeo: in fidelissimâ, M. Lhomond, Grammaticae Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ, M. Desmares, Licentiatum Theologum, Virum Procuratorium: in Constantissimâ M. P. Joyre Professorem humanitatis in Marchiano. 3° grata se et rata habere quae gesset amplis. Rector in suo Magistratu trimestri; gratias ipsi agere ob indefessum in rebus academicis gerendis ac tuendis studium; velle orationem ejus elegantissimam in Commentarios referri. 4° Probari à se et confirmari Tabulam Praesidum et Arbitrorum in proximas concertationes./.

Quatuor-Viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per Marcum Gagnot retulerunt fasces Rectorios fuisse à se unanimi consensu prorogatos Viro Amplissimo DD. Francisco-Mariae Coger, Rectori.

Quae prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata approbata et confirmata fuit./.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Coger Rector.

27. Junii

Anno dni 1772, die vigesimâ Septimâ junii, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni.

1º M. Le More, Doctor aggregatus, et in Regio flexiensi Collegio Grammaticæ antehac Professor, exposuit, ob infirmam ac prorsus afflictam valetudinem sibi non licuisse Lectioni publicæ amplius operam dare, adeò que abdicatam à se publicum docendi munus: unà postulare, ut inter Doctores sui ordinis restitueretur annuaque ducentarum Librarum stipendia numerentur. Audito Syndico, placuit suum præfato Supplicis postulatum concedi.

2º Lectus est Libellus Memorialis à Professoribus Regiis, ut videtur, confectus; Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, unà vox placuit convocari Consiliarios Universitatis forenses, ad diem mercurii proximam, quæ primâ Julii.

Et ita Concluxit Amplr. Rector.

Colver Rector.

1. Julii

Anno dni 1772, die primâ mensis Julii, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis adfuerunt M.M. Gillet, Lambon, et Muy, Consiliarii forenses Universitatis.

1º Lecta sunt singula instrumenta ad causam Universitatis cum Regio Francia Collegio pertinentia; Litteræ scilicet patentes, Libellus Memorialis ab Universitate super illo negotio confectus, sub titulo Observationes &c; alter verò Libellus Memorialis sub nomine Eulaei ristimus, à Professoribus Regiis adornatus. Lectis Latis, auditis singulis Consiliariis forensibus; audito pariter meritò Syndico, unanimi consensu placuit, 1º adornandum citò citius Libellum Memorialem, quo antiquum Universitatis Patrimonium asseratur; ex commentitia Professorum Regiorum coaptatio evertatur; cujus verò conficiendi curam in se suscepit Vir Clar. M. Muy. 2º Præcipua instrumenta ad præsentem Humiliarum Academiarum Causam pertinentia, typis quàm primùm mandari; cujus quidem editionis curas scribæ commissa est. 3º humillimas ac obsequentissimas Supplicationes expeditas haberi, quas si exigat vel necessitas, vel se offerat occasio, ad augustissimum Regem, optimumque parentem deferrentur. Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est.

Colver Rector.

4 Julii

Anno dni 1772, die quartâ mensis Julii, habitus fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici Magni.

Quatre Vingt dix huit.

1772 Julio — Aug°

1° Supplicavit, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Carolus-Alexius-Josephus Corgne, Acolythus Audomarensis; de quo retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit annui supplicationi/

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3° Lectum est instrumentum duplex confectum à M. Witaste, Licentiato Theologo, Capellano unius è Capellaniis academicis de Thesauro Regio, coram actuariis publicis: alterum quo abdicatio antehac facta dictae capellaniae ab illo revocatur: alterum, quo idem M. Witaste eandem capellaniam denuò abdicat inter manus Tribunalis academici, factam die decimâ-septimâ mensis Junii proximè elapsi. Audito M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico, Placuit 1° factam à M. Witaste dimissionem acceptari; adeòque vacantem dictam Capellaniam denuntiari Consultissimae facultati, cujus nominandi ad minora beneficia vices recurrunt. 2° Rogari ejusdem facultatis Decanum sapientissimum, ut ordini suo vota deferre velit, Tribunalis academici nimirùm, ipsum vehementer exoptare vacantem capellaniam conferri viro qui sit è gremio Universitatis; quod quidem se libentissimè facturum esse pollicitus est./

4° Quod Vir honestus Guillaumon, domus academicae in viâ San-Jacobaeanâ inquilinus, petiit, ut locationis suae instrumentum, quod non nisi post tres annos desinet, impraesentiarum renovetur: Audito M. Francisco Michaele Le Bel, Quaestore, audito pariter Syndico Placuit rem in duos abhinc annos protrahi/.

5° Lecta et approbata est Tabula virorum academicorum, qui apud urbis Basilicam, Tributum viritim impositum, singulis annis solvunt./

Et ita conclusit ampl. Rector./

Coder Rector

Anno dni 1772, die primâ augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/ I. Aug.

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Eleonorius-Adolais Daniel, Diaconus Bellovacus; Joannes-Baptista d'Assonvillez, Diaconus Noviomensis; Andreas-Antonius Balsa de Firmy, Subd. Rutenensis; Marcus-Antonius Balsa de Firmy, Subd. Rutenensis; Petrus-Franciscus Tinthoin, Acolythus Parisinus; Joannes Ducret, Diac. Lugdunaeus; Guillelmus-Franciscus Grieu, Diaconus Rothomagensis; Renatus-Joannes Ludovicus Desvernay, Subd. Lugdunensis; Antonius Martin, Diac. Lugdunensis; Carolus Franciscus Theodorus Bruyant, Subd

Aug°

Suessionensis; Carolus fortunatus de Mazenod, acolyth. aquisextanus; Jacobus-Alexander Pajot, Diaconus Rothomagensis; Philippus-franciscus Charlet, Presb. Pictaviensis; Joannes-franciscus-Crispinus-Paterelle, acoly. Rothomagensis; franciscus Dausti, Presb. Rothomagensis; Joannes-Bapt.-Bernardus Marais, Diac. Parisinus; Joannes-Carolus Chartron, acolythus ambianensis; Carolus-Emmanuel-Josephus Merlin, Subd. audomarensis; Petrus-ant. Baude, Subd. audomarensis; Joannes-Bapt. ant. Boucher, Presb. Parisinus; Claudius fontaine, Subd. Parisinus; Joannes-Bapt. de Mallian, acol. Mimatensis; Joannes-Jacobus-honoratus Rocque, acol. Pontaepolitanus; Josephus-Augustinus-Emmanuel Rottier de Monce, Subd. Cenomanus; f. Petrus Josephus-Sextus Marcy, ant. obs. ord. Clunc. expre Professus; antonius Thonier, Presb. Claromontensis; antonius Dupuis, acol. ambianensis; Petrus Quintinus Le febvre, Presb. Noviomensis; Carolus-Nicolaus d'ambraine, Diac. Lucdunensis; Joannes-Petrus domange de Pic. de Blays-de la Mirandole, Subd. Burdigalaeus; Joannes Geoffroy du Rouret, Subd. Grassensis; Josephus-Joannes Terrasson, Subdiac. Lugdunaeus; franciscus-Maria Clery, Diac. Bononaeus; Petrus dolivier, Diaconus, Claromontensis; Joannes-Marcus Miquignon, Diaconus-Rothomagensis; Petrus Blondin, Diaconus Parisinus; Petrus Gaultier, Subd. Lugdunensis; Claudius-Nicolaus Le Gay, Presb. Bellovacensis; Claudius Bilhaud, Presb. Claromontensis; Ludovicus-franc. Retout, Subd. Sagiensis; Jacobus Mongé, Diac. Sylvanectensis; Ludovicus-Bernardus Playout, Diac. Boloniensis; Ludovicus-florentius de Launoy, Diac. Bellovacensis; franciscus-Gregorius-henricus Dauphin, Subd. Arausicanus; Petrus-Michael Bouillard, acolythus Senonensis; Jacobus Jarton, Subd. Claromontanus; Petrus-franciscus Chauveau, Diac. Carnutaeus; Carolus-Bonus Theophylus Thierry, Subdiac. Ebroïcensis; antonius-Michael Le Rouge, Presb. atrebatensis; antonius-Paulus Richez, Presb. atrebas; Joannes-Carolus Bauduin, Diaconus-Noviomensis; Petrus-Polycarpus Blavoust, acol. Rupellanus; Petrus franciscus Badollier, subdiac. Carnutaeus; Jacobus Daldin, Diaconus-Sanflorensis; Georgius-Josephus Brade, Subd. aeduensis; hector Anton-Genneau, Subdiac. Senonensis; de quibus retulit M. Franc. Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod M. Daussy litteras tonsurae non exhibuerit. Audito Syndico, placuit sua praef. Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Supplicavit pro aperiendo paedagogio, sub clientela universitatis Ludovicus Carpentier, ambianensis. audito Syndico, Galliae et Picardiae Procuratores nominati sunt, qui de supplice inquirant.

Etita conclusit amplissimus Rector. Coger Rector.

Quatre Vingt dix-neuf

Anno dni 1772, die tertio mensis Augusti, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis; in quibus Lecta est pars prior Libelli memorialis à M. Mey Confecti, in Litteras patentes Professoribus Regiis concessas. Audito syndico, placuit rem cum quatuor nationibus communicari. Et ita conclusit amplissimus Rector. 3. Aug°

Coder Rector

Anno dni 1772, die Mercurii quintâ augusti, congregata est Universitas, in domo Sobornicâ, ad solemnem Praemiorum distributionem. 5 aug°

Post habitam, praesente et annuente Supremo Senatu, orationem à V. C. M. francisco L'Evesque, Rhetoricae Professore in Montacutio, Praemia sequenti ordine distributa sunt.

Praemium eloquentiae Latinae, cujus argumentum erat, Laudatio Gersonii, in annum sequentem reservatum est.

In Rhetoricâ.

Primum orationis Latinae Praemium meritus est Bonus Michael de Baudre, Vetor, Bajocaeus, è Grassinaeo

Secundum, Philip. hennebert, Vetera., Parisinus, è Mazarinaeo.

Primum, inter Recent. Thomas-Carolus Alexander Jehanne, Bajocaeus, è Col. Lud. M.

Secundum, Petrus haye Scotus, è Regiâ Navarrâ

proximè accesserunt.

Lud. Jos. Le Riche, Par., Vet. — è Plessaeo.
Franc. Edm. Champion, Vet. — è Col. Lud. M.
Renatus franc. Le normand, Carnotensis — è Montacutio.
Petrus huré, Rothomagaeus — è Mazarinaeo.
Jos. alb. Caz. Germain, Mariaeburgaeus — è Montacutio.
Theod. Duany, hib. — è Plessaeo.
Franc. Le Cerf, Ebroïcensis — è Lexovaeo.

Primum orationis gallicâ scriptae, inter Vet., Gabriel Motel, Bellov., ex harcurio.

Primum, inter Recent, Lud. Loriot, Sagiensis, è Lexovaeo

Secundum, franc. desmarets de Montchaton, Constantiensis, è Montacutio.

proximè accesserunt.

Ludov. Petrus St. Martin, Parisinus — è Col. Lud. M.
Petrus haye, Scotus — è R. N.
Gabriel Theod. Martin, San-Quintinaeus — è Montacutio.
Jacobus-Claudius-Marcus. Antonius Richard, Senonensis — è Montacutio
Veteranus —
Petrus-Maria-hen. Tonda, Noviomaeus, Vet. è Collegio Lud. M.
Guillelmus Le Monnier, Constantiensis, è Grassinaeo.

Aug°

Primum Carminis latine scripti, inter Rec., Carolus-Nicolaus Tocquot, Virdunensis, é Marchiano.

Secundum, Joan-Bapt. Paillehou, Santonensis, é Col-Lud. M.

proximé accesserunt.

Jd. Lud. Loriot — é Lexovæo

Jd. Lud. Gab. Motel, ex harcurio

Joannes hallinan, hibernus é Plessæo.

Xaverius Thomas de Manse, Ebroïcensis, Veter — é Plessæo.

Jd. Th. Car. Al. Jehanne — é Col-Lud. M.

Adrianus Surugue, altissiodorensis — é Plessæo.

Primum orationis Latinæ in gallicam conversæ, inter Vet, Josephus Gabriel froissard, Bononiensis é plessæo.

Secundum, Petrus Lucianus-Josephus Dreux, Turonicus — é Marchiano.

proximé accessit inter Veteranos,

Jd. Bonus-Michael de Baudre, Bay., — é Grassinæo

Primum ejusdem orationis Præmium meritus est, inter Recent, Jd. T. C. A. Jehanne, Bay, é Col-Lud. M.

Secundum, Joannes Thomas Pelletier, Vesuntinensis, é Col-Lud M.

proximé accesserunt.

Jd. Lud. J. Le Riche, Vet. — é Plessæo.

Joannes-franc. adhemarus Charbonnier, Valentinensis Veteranus — é Montacutio

Carolus-Maria Augustinus deffosse, Duacensis, é Mazarinæo.

Philippus hubertus-Maria de La haye de fosseuse — atrebas, — é Cardinalitio

Jacobus Blachier, Viennensis, é Col-Lud. M

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ, inter Rec, idem J. Th. Pelletier, Vesuntinensis, — é Col-Lud. M.

Secundum, inter Recent, idem Th. Car. Alexander Jehanne, Bayocæus — é Col-Lud. M.

proximé accesserunt.

Nic. Mich. Petit-Rolt. é Montacutio.

Jd. Petr. Luc. Jos. Dreux é Marchiano

Jd Lud. Jos. Le Riche, Vet. é Plessæo.

Jd. Car. Mar. Aug. deffosse, é Mazarinæo.

Joan-Bapt. franc. Le Grand, Noviomæus — é Col-Lud. M.

Jd. franc. Le Cerf — é Lexovæo.

Jd. Lud. franc. des marets de Montchaton — é Montac.

Petrus franciscus Le Rasle, charitæus — é Plessæo.

1772 Aug.

Cent

In Secundo — Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ ...
Edm. Steph. Mollereau, Senonensis, é Grassinæo./
Secundum, Edm. Aug. Frecot, Parisinus, é Plessæo.

proximé accesserunt./

Joan. franc. Riquier, amb.is — é Col. Lud. M.
Bernardinus Gardin, Constant.ses — ex harcurio.
Lud. Jos. Th. Hennequerre, San-Quint. — é Montacutio.
Petrus Dubellay, Parisinus, — é Grassinæo.
Nicol. Robé, Ebroicensis — é Montacutio.
Nic. Dondeau des avônes, Trecensis, — ex harcurio./

Primum Carminis Latiné Scripti, Joannes franc. Riquier, Ambianensis, é Col. Lud. M./
Secundum, Joan. Maria Laillot, Parisinus, é Mazarinæo.

proximé accesserunt.

Lud. Clement, Const. — ex harcurio.
Lud. Louchet, Abbavillæus — é Plessæo.
Nic. Dondeau des avônes, Trec. — ex harcurio.
Lud. Steph. Borniche, Dormanus — é Col. Lud. M.
franc. Concelin, Catalaunensis, — é Plessæo.
Bern. Gardin, — ex harcurio.

Primum orat. Græcæ in Latinam, Edm. Steph. Mollereau, Senonensis, é Grassinæo.
Secundum Petrus Herque Dubellay, Parisinus, é Grassinæo./

proximé accesserunt./

Jd. Jo. fr. Riquier — é Col. Lud. M.
Joan. Lud. Laurein, Parisinus, — é Montacutio.
Jg. Ant. Charmoille, Bisuntinensis — é Mazarinæo.
Jd. Ber. Gardin, Constant. — ex harcurio.
Jd. Lud. Jos. Th. Hennequerre, — é Montac.
Jd. Edmund. Aug. Frecot, — é Plessæo.

Primum orat. Lat.æ in Gallicam. Edmundus Augustinus Frecot, Parisinus, é Plessæo.
Secundum Petrus Aug. Rateau, é Plessæo.

proxé access.

Jd. Nicolaus Robé Ebroicensis — é Mont.
Jd. Edm. Ignat. Charmoille — é Mazar.
Joan. fidelis Constans Blanvillain, Aurelius, — é Col. Lud. M.
Joan. franc. Collin, Carnutæus — é Lexovæo.
Bernard. Gardin, Cons. — ex harcurio.
Lud. de Launay, Parisinus — é Cardinalibus.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Aug°

In tertio Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam Valentinus franc. Le Brun, Carnutensis, é Montacutio./

Secundum, Petr. Lud. Menneret, Parisinus, é Cardinalitio./

prox.é access.°

Petrus denis, Parisinus — é Montacutio
franc. Rem. Prin, dormanus — é Col. Lud. M.
Carol. Maria de Monnet, Parisiensis — é Reg. Nav.
Joan. Petr. Amab. Doyen, Nanceianensis, — é Reg. Nav.
Joan. Bertrand, Ebroïensis — é Col. Lenovæo.
Richardus Carol. Alex. ferris, hibernus — é Montacutio.

Primum Carminis Latiné Scripti, Val. franc. Le Brun, Carnutensis, é Montacutio./

Secundum, Carolus hubertus Peuchot, Tullensis, é Plessæo.

prox.é accesserunt./

Carolus Marteau, Parisinus, — ex harcurio.
Nicol. Augustinus Alexander de La Corne, Portugrat. — é Plessæo.
Maria Josephus Lud. fumet, Noviomæus — é Reg. Nav.
Lud. Nicolaus hennet, Noviodunæus — é Plessæo.
Carolus Milon, Leodiensis — é Plessæo.
Maria Petrus Bonaventura de Targny, Noviomæus — é Col. Lud. M.

Primum orat. Latinæ in Gallicam, Nicolaus Augustus Alexander de La Corne, Portugratianus, é Plessæo.

Secundum, Carolus hubertus Peuchot, Tullensis, é Plessæo

prox.é access.°

franc. Cochet, Melodunensis — é Montacutio
Victor Coppin, Senonensis — é Montacutio.
Petrus Denis, Parisinus — é Montacutio
Jacobus henricus Pasquier, Latiniacus — é Montacutio
Jd. Joan. Pet. Am. Doyen, Nanceianensis — é Reg. Nav.
Jd. Maria Petrus Bonav. de Targny, Noviomæus — é Col. Lud. M.

Primum orationis Græcæ in Latinam, Jd. Carolus hubertus Peuchot, Tullensis, é Plessæo.

Secundum, idem Ludovicus Nicolaus hennet, Noviodunensis é Plessæo./

Prox.é accesserunt

henricus hueguet, San-Quintinæus — é Montacutio.
Jd. Nic. Aug. alex. de La Corne — é Plessæo.
franciscus Guillelmus Joannes Stanislaus Andrieux, argentoratensis é Cardinalitio.
Jd. Maria Jos. Lud. de fumet, Nov. — é Regia Nav.
Joan. franc. de Cramayel, Parisinus, — é Plessæo.
Martinus chaplet, Senonensis — é Grassineo./

Cent. [illegible]

1772. Aug°

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

In quarto Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam - Joannes Bapt. Le fevre, Parisinus, é Mazarinæo.

Secundum, Maximilianus - Maria - Isidorus de Robespiere, atrebas, é Col. Lud. M.

proximé access.

Thomas Carolus Duchemin, Bajocensis, é Mazarinæo
Joannes Lud. Susanna Landry, Carnutæus é Lexovæo.
Remigius - Prosper Pigneaux, Laudunensis, é Col. Lud. M.
Joannes - franc. Deshayes, Parisinus, é Marchiano.
Ludovicus - Josephus Heron, Versaliæus, - é Montacutio
Joannes - Bapt. Grelot, Parisinus, - é Plestæo.

Primum orat. Latinæ in Gallicam - Dionysius - Victor Moreau, Cantiliacæus, é Mazarinæo.

Secundum - franciscus - Nic. Montier, é Lexovæo.

prox.é access.

Ludovicus - Mauritianus Magnitot, Parisinus, - é Montacutio.
Urbanus - Ignatius Petit, americanus - é Lexovæo.
Jacobus - hippolytus Warme, Montidescrinus é Col. Lud. M.
Joan. Lud. Theod. Chambry, Parisinus — é Reg. Nav.
Renat. Jacob. de Percy de Tonneville, Const.ses é Col. Lud. M.
Id. Max. Mar. Js. de Robespiere, atrebas, é Col. Lud. M.

In quinto Ordine.

Primum orat. Gallicæ in Latinam - Ludovicus - abel Beffroy de Rogery, Laudunensis, é Col. Lud. M.

Secundum, Joannes - Georgius - Maria Le franc de Pompignan, Parisinus, é Grassinæo.

prox.é access.

Antonius Le gagneur de La Lande, Parisiensis, é Plestæo.
Lud. Rivière, Senonensis, é Marchiano.
Maria - antonius - Joannes - Carolus Blondel, é Col. Lud. M.
Ludovicus - Natalis Chambry, Parisiensis - é Reg. Nav.
Honoratus - franc. d'orbignie, Laudunensis, é Col. Lud. M.
Simon - Maria de Bussy, Remensis, é Col. Lud. M.

Aug°

Primum orationis Latinæ in Gallicam Claudius Michael Royou, corisopitæus, é Col. Lud. magni/

Secundum, Petrus-Jacobus-Augustinus Louvrier, nivernensis, é Col-Lud. Magni/

prox. accessit

Alexander Fleury, Parisinus —	é Plessæo,
Joannes-Paulus Soulet, Rothomagensis,	é Montanistio.
Lud. Claud-ant. Dubacq, Stampensis.	é Montanistio,
Carolus-Alex-Sergent, Senonensis,	é Plessæo.
Maria-Ant. Joan-Car. Blondel, Parisinus,	é Col-Lud. M.
Nicolaus-Michael Joliet, Versaliæus —	é Plessæo.

In Sexto Ordine

Primum orationis Gallicæ in latinam — Urbanus-Josephus-Le Vavasseur, Cenomanensis, é Plessæo.

Secundum, Antonius-Stanislaus de Bains, anicianensis, é Col-Lud. Magni./

prox. accessit

Carolus-Ant-Bockaire, Parisinus	é Magarinæo,
Bruno-Benjamin Gautier, Rupellensis	é Lexovæo
Nicolaus-Lud. Lestrade, Parisinus —	é Montanistio,
Joan-Christ. alex. Maraine, Parisinus	é Magarinæo,
Lud-Carolus Max. Chamin, Carnutensis —	é Montanistio.
Eustachius Gagnier, Lexoviensis —	é Lexovæo/,

Primum orationis Latinæ in Gallicam. idem Urbanus Josephus-Le Vavasseur, Cenomanensis — é Plessæo.

Secundum, Philippus Desideratus Gaultier, Rupellensis, é Plessæo.

proxe accesserunt/.

Lud. franc. Benjamin Colvé, atrebatensis	é Montanistio.
Maria-Stephanus. Petit, Parisinus, e	é Lexovæo.
Joannes-Baptista-Jacobus-Felix Chrestien de Montreuil, Bajocensis, —	é Col. Lud-Magni.
Petrus Matthæus-Le Maistre, Parisinus	é Col. Lud. Magni
Philippus Loiquin, Bituricæ,	é Plessæo.
Ludov. Josephus Juestin, Constantiensis	é Grassinica

Journaux

Cens Ursæ.

1772 Aug°

Anno dni 1772, die sexta mensis Augusti, habita 6. Aug°
sunt Comitia deputatorum præclarissimæ artium facultatis, in
quibus singuli procuratores ordinum eiusdem retulere sententias
de libello memoriali a V. C. M. May confecto priore parte;
secunda verò pars eiusdem procuratoribus tradita est in mandatis
quam cum cæteris nationibus communicarent. Et ita ab ampl°
Rectore conclusum est/.

Coffer Rector.

Anno dni 1772, die septimâ mensis Aug°, horâ post meridiem 7. Aug°
tertia, habita sunt Comitia Deputatorum præclarissimæ artium
facultatis, in quibus nationum sententiæ matutinis horis
habitæ super libello memoriali à M. May confecto per
suos procuratores relatæ sunt. Audito M. Francisco-Nicolao-
Guerin, Syndico, visum est 1° articulos illos priores partis, quos
passerani ordines inscribi reddi, à V. C. M. Camyer, antiquo Rectore,
recté fuisse emendatos et in ordinem digestos: 2° rogandum esse
Meritissimum Syndicum, ut in retractandâ alterâ parte suam
quoque operam et industriam singularem collocare velit. Denique
Cum res maximè urgeat, singulæque nationes declaraverint, se
utramque dicti libelli partem facere suam, et in sapientiâ, fide,
et sagacitate Ornatissimorum Procuratorum et Relatorum Deput-
atorum omninò quiescere; rogandos esse MM. Guerin et Camyer,
ut emendatis emendandis, utramque partem libelli amanuensibus
quàm primum tradant. Et ita ab ampl° Rectore conclusum est/

Coffer Rector.

Anno dni 1772, die octavâ mensis Augusti, habita sunt Comitia 8. Aug°
Deputatorum Universitatis, et adjunctorum, in Collegio Ludovici-
magni, ad exigendas rationes accepti et expensi ab integerrimo
Quæstore, per decursum anni 1771/.

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium
et quinquennii, eff. Franciscus, Dominicus Duballay, antiqui
observantiæ ordinis Cluniacensis expressè Professus, et f. Benedictus
Claeyer anglo-Benedictinus; de quibus retulit M. Franciscus-Nicol.
Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse, tùm eorum litteras Magisterii, -
tùm Professorum, quos audierant, testimonia; quibus constat legitimum
studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad
hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito
Syndico placuit sine præj. Supplicibus postulata concedi/

2° Lectæ sunt, expensæ approbatæ et ab omnibus Deputatis et
adjunctis subsignatæ rationes accepti et expensi à M. Francisco-
Michaele Le Bel, Quæstore. Ex quibus compertum est summam
acceptorum esse 35289tt 11s 7d, expensorum verò 26644tt 13s 2d;
adeo que residuorum esse 8641tt. Supra hæc decem mille, et duos

Aug.º

denarios; quam quidem summam placuit inter manus Quaestoris relinqui, in usus quotidianos, inter accepta recensendam proximis rationibus.

Et ita ab ampl.º Rectore conclusum est/

Coger Rector.

14 Aug.º

Anno Dni 1772, die decimâ quartâ Augusti, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni, ad eligendos Probatores Licentiandorum in Artibus/

Post habitam ab ampl.º Rectore orationem, Clarissimi Pro-Cancellarii appellarunt Examinatores Licentiandorum in artibus a Dignissimis B. Mariae et B. Genovefes Cancellariis designatos; Scilicet, pro honorandâ natione, M. Joannem-Baptistam Guillart de Fresnay, Baccalaureum Theologum et Mathurinum-Girault de Kocedou, Philosophiae Professorem in Regiâ Navarrâ; pro fidelissimâ, M. Balduinum-Franciscum Druon de Blamont, Baccalaureum Theologum; et M. Petrum-Adrianum Turquet, Philosophiae Professorem Emeritum; pro Venerandâ; M. Joachim-Thaddaeum Ludovicum Le Moine du Gassel, Bac. Theologum; et M. Rousset, humanitatis Professorem in Regiâ Navarrâ; pro Constantissimâ, M. Herfort, et Michaelem Daly, Viros Procuratorios.

Dimissae nationes, ac deinde regressae pro ornatiss. Procuratores retulerunt eligi à se et creari in Examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros qui fuerunt superius designati à Dignissimis Cancellariis. Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Continuò novi examinatores, Praesentibus Pro-Cancellariis, Sacramentum solitum dixere inter manus Amplissimi Rectoris/

Digressis pro-Cancellariis, factâ ab ampl.º Rectore supplicandi potestate; pro reformandis nominibus supplicarunt MM. Joannes-Petrus Domenge de Pic de Blays de la Mirandole, Nobilis Burdigalaeus; et Florentius du Montet, de la Molhiere de Malussam de Cardaillac, ut nomina varié scripta praedictum in ordinem restituantur. Audito Syndico; Nationes digressae pro procuratores retulerunt se utrique supplici indulgere. Et ita conclusit Amplissimus Rector/

de Pic de la Mirandole

de Cardaillac

Coger Rector.

16. Aug.º

Anno dni 1772, die decimâ sextâ Augusti, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis; in quibus lecta et approbata est utraque pars Libelli Memorialis adversus Litteras Patentes Regiis Professoribus concessas; meliorem in formam digesta; eamque placuit, quoniam Illustrissimus Dux de la Vrilliere, Regni administer nomine Regis vetuit ne typis mandaretur et publici juris fieret,

Cent Trois

1772. Aug° — Octob —

Manuscriptam ab ampl° Rectore deferri, ad Illustrissimos Proto-Praesides Senatus, et rationum Camerae. Illust. Procuratorum Catholicum, et Clarissimos Causae Cognitores DD. Mignot, et Lavocat de Beauchamp./

Antequam subscriberet ornatissimus Procurator, clausulas suas jussu nationis, apposuit; earumque actum petiit; ne scilicet libellus ille juribus Universitatis aut nationis noceat./

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est./

Coder Rector.

Anno dni 1772, die vigesimâ nonâ augusti, habita sunt, in antecessum Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici Magni./ 29. Aug°

1° Supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium, et quinquennii, M.M. Florentius du Monte de la Mothiere de Matassan de Carduillac, Diaconus Lemovicensis; Guillelmus Dubois, Acolythus Sanflorensis; Benedictus-Joannes-Josephus-Maria de Concegl, Diaconus Avenionensis; Carolus Philippus Poillon, Diaconus Boloniensis; Carolus Buisson, Diaconus Parisinus; Claudius Franciscus Dumey, Presbyter Lingonensis; Joannes-Ludovicus Dervieux, Acolythus Petrocorax; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit suas praef. supplicibus postulata concedi./

2° Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Ad diem octavam mensis octobris indictae sunt generales Universitatis supplicationes./

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Coder Rector.

Anno dni 1772, die tertiâ octobris, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis, in Col. Lud. Magni./ 3. Octob.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Joannes-Franciscus Bernardy, Diaconus Vivariensis; Jacobus-Claudius Mallet, Diaconus Parisinus; Gabriel-Jacobus-Modestus Hilario Crouzetierre, Diaconus Rupellaeus; Carolus-Eduardus Rutledge, Subdiaconus Yprensis; Petrus-Ludovicus Medardus Ognier, Subdiaconus Laudunensis; Michaël-Joannes-Alexander-Laïnec, Subdiaconus Corisopitaeus; de quibus retulit M. Franc.

Octob —

Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litterae Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit Suae praef. supplicibus postulata concedi/.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta/.

3° Lecta est Epistola Rectoris Bituricensis gravissimè conquerentis protritam adeò esse Virorum Academicorum Conditionem, ut tributum illud quod nusquam impositum est nisi hominibus infimae plebis, nimirum, manuum ipsarum praebitio in operibus publicis gratuitò conficiendis, galliè La Corvée, nunc in Academia Bituricensi ab ipsis Consultissimae Facultatis Doctoribus aggregatis acerbissimè exigatur. Eâ ruitatâ, dixit ampl. Rector, se nihil non tentasse, tum apud Ill. Franciae Cancellarium, tum apud Illus. Regii aerarii Praefectum, ut labem hanc è re litterariâ removeret. Audito merito Syndico, Unanimiter Placuit 1° gratias agi ampl° Rectori, quod, privatis officiis, quantum potuit, adfuerit Bituricensibus. 2° eundem rogari, ut assumptis secum è Tribunali Academico Comitibus, adeat, Universitatis nomine, Illust. Franciae Cancellarium rogaturus etiam atque etiam, ut Academiarum Causam tueri velit, ac ne sinat Litteratorum conditionem miserè proculcari; litterarumque dignitatem, quibus Gallica gens maximè eminet, dedecorari/.

4° Usu receptum est, ut Singuli Theologiae, Medicinae et Artium apparitoris, honoris causâ, comitatum praebeant novis Theologiae et Medicinae Doctoribus ad Basilicam B. Mariae procedentibus à Dignissimo Cancellario Laureâ doctorali donandis; iidemque sportulam trium Libellarum accipiant: nunc verò, si Medicinae apparitorum alter suae etiam Facultatis ministerio impeditus abfuerit, id sibi juris arrogasse proclamare Facultatis apparitores, ut illum sportulâ mulctent, quam sibi distribuunt. Audito super eâ re Syndico, Dictum est, hanc esse Academiae Parisiensis Legem, ut in erogandis sportulis absentium nulla ratio habeatur; nisi Sanctam absentiae causam attulerint; habeatur verò, si attulerint. Absentibus itaque apparitoribus erogandam esse sportulam, si absentiae causam attulerint à Sapientissimis Decanis suis, vel ornatissimis Procuratoribus approbatam et recognitam/.

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est/.

Coder Rector.

8. Octob Anno dni 1772, die octavo octobris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici magni, ad sacras supplicationes/.

Primum in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Fayoles, subdiaconus Claromontensis; et Joannes-Franciscus Plez, Presb. atrebatensis; de quibus relulit M.

1772 Octob

Franc. Vic. Guerin, Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad illorum Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: audito Syndico, Mandat utrique annui.

Deinde Sacramentum præstitit inter manus ampl. Rectoris, Joannes-Augustinus Durand, Sarisinus, à S. Barbâ, unus ex adjunctis rei Librariæ præsentatus.

Inde itum est in Comitium, ubi omnes ordines Academiæ rata et grata habuerunt quæ gessit ampl. Rector in hoc trimestri Magistratu, litteras quæ commendatitias decernere; amplum insuper Comitatum pollicitò sunt vitâ proventuro ad eadem Divo Sacrum sub invocatione S. Rochi.

Sontificem egit S. M. N. Marduel, Vigilantissimus Ecclesiæ Pastor, Doctor Theologus: Orationem habuit ad populum M. itidem Doctor Theologus: Eucharisticam ad Sontificem M. Charbonnet, Litterarum Professor in Magarinæo.

Ego Rector.

Anno Dñi 1772, die undecimâ mensis octobris Habito Comitia generalia præclaræ artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni. 11. Octob.

Post Psalmum ab ampl.o Rectore Orationem, de rebus gestis in suo annuo Magistratu, maximè super negotio Primariarum Cedium Universitatis, et Litterarum Patentium Regiis Professoribus concessarum; factâ Supplicandi potestate, Supplicarunt; pro immunitate quidem ab onere scribendi codices Philosophicos Joannes Laurentius Berthier de Chemilly, ob manuum infirmitatem, quam scripto testatus M. Crosnier, Doctor Medicus Parisiensis; et Josephus-Franc. Paulet clericus Lugdunensis, ob altiores Labores, tutante M. Bellatre Doct. Medico Parisiensi: Carolus-Ferd. Gargaudes Dunet, in Academia Cadomensi Magister in artibus, tùm ut biennium Cadomense, sibi in unum annum impetratus; tùm, ut ne sibi noceat quod febre maligna impeditus nomen suum in posterioni Physicorum non inscripserit, testante M. Langlois, Doctore Medico Parisiensi.

Berthier de Chemilly

Paulet

Dunet

Postea gessit ampl. Rector palam recitari varia instrumenta ad Rem Collegii Regii Franciæ pertinentia: Bullæ Epistolam Encyclicam ad Ministros et Semulos Constitorianos; et responsa Serenissimi Principis de Rohan-Soubise, Illust. D. DD. Cochin, Cerauni Prefecti, præterea Arrestum Supremi Senatus de Collegio Altissiodorensi, Magistris in artibus restituto; et Epistolam Rectoris Bituricensis, &c.

Audito Syndico, ampl. Rector dimittit nationes, ut deliberarent de Supplicibus, Quatuor-Viris, et rebus habitis eorum quæ gessit &c.

Regressæ retulerunt à se 1.o indulgeri Supplicibus. 2.o rata et grata haberi quæ gessit Rector, litteras commendatitias decerni, gratias amplissimas agi. 3.o Confirmari Quatuor Viros, Nimiacum, pro honorando M. Laporte, Professorum emeritum; pro Sto M. Caboche, Primarium Matheseos: pro Gondo M. Duval, Phil. Prof. in Harcuria; pro Constanto M. Aherne Philos. Professorem, pro Regio Navarræo.

Octob —— Nov ——

Quatuor-Viri, praestito sacramento, conclavi subierunt, unde digressi per Mgrum de La Porte retulerunt unâ voce fasces Rectorias fuisse à se prorogatos Viro Amplissimo M. Francisco Mariae, Rectori./

Quae prorogatio ab omnibus Statim nationibus Laudata approbata et confirmata fuit./

Et ita conclusit ampl. Rector/

Coder Rector.

27. octob. Anno dni 1772, die vigesimâ Septimâ octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici magni, Comitia Censoria praeclarae artium Facultatis, horâ Septimâ matutinâ./

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, cum nullus accederet supplex, Rector dimisit Nationes ad creandos novos Censores./

Regressae nationes per Procuratores retulerunt creatos a se fuisse Censores; nimirum, in honorandâ, M. Mouton, Professorem Litterarum Emeritum, Virum Procuratorium, Tribus Bituricensis Decanum; in fideli M. Daire Minorem; Virum Procuratorium, Grammaticae Professorem, in Mazarineo; in Venerandâ, M. Beusebocq, Grammaticae Professorem in Lexovaeo; in Constantissimâ, M. Farelly, Virum Procuratorium. Et ita conclusit ampl. Rector/

Coder Rector.

Tum novi Censores Solitum dixerunt Sacramentum inter manus Ampl. Rectoris. Et sic soluta sunt Comitia./ Fourneau un. S.

7. nov. Anno dni 1772. die Septimâ novembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici-Magni. In quibus primum adfuit M. Joannes-Franciscus Reydellet, Presbyter Genevensis, Baccalaureus Theologus, Doctor aggregatus ad Primum Ordinem, Novus Galliae Procurator./

1° Nullus accessit supplex, pro litteris nominationis.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3° Supplicavit pro Licentiâ aperiendi Paedagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis M. Leobinus Martin. Audito meritissimo Syndico, Nominati sunt ornatissimi Galliae et Normaniae Procuratores qui de supplicis vitâ et moribus inquirerent./

4° Quod dictum est V. C. M. Le Vicquet du fresne, Licentiatum in Utroque Jure, Capellanum unius è Capellaniis Savoësianis è vivis excessisse; adeoque dictam Capellaniam esse vacantem. Audito Syndico, Dictum est 1° ~~Consultissimi~~ Saluberrimi ordinis vices recurrere nominandi ad capellaniam vacantem per obitum dicti Le Vicquet du fresne; quamvis Consultissimus nondum nominaverit ad illam Capellaniam de Thesauro Regio, quae vacat per dimissionem M. Hitaste. 2° Rogandum ordinem Consultissimum, ut quam primum vices suas implere velit. 3° rogandum etiam Saluberrimum, ut in locum M. Le Vicquet du fresne sufficiat Capellanum, qui sit è gremio Universitatis. Et ita conclusit Amplissimus Rector/.

Coder Rector

1772. Nov.

Eadem die, horâ quintâ, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis; in quibus, quòd Superioribus in Comitiis V. C. M. Camillus Casnyer, antiquus Rector, rogatus fuerat, ut Libellum Memorialem adversùs Professores Regios contraheret; Lecta est brevioris illius expositionis pars Prior, quæ omnibus visa est Nuntiatuum Academicorum Proprietatem triplici argumento nitidè ac nervosè asserere./. 7. Nov.

Coger Rector.

Anno Dni 1772, die decimâ quintâ novembris, horâ decimâ mutatinâ, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium facultatis; in Col. Lud. M. 15. Nov.

1° Lecta est brevioris expositionis à M. Casnyer elaboratæ pars Posterior, quæ ab omnibus Laudata est et approbata./.

2° Quod dixit amplissimus Rector se adiisse ad causæ Cognitorem DD. Mignot, ab eoque id responsi referre, in re, ut ipsi videtur, non certâ, facilitate nihil esse Universitati melius, neque compositione: Audito Syndico, Dictum est, adeundos quamprimùm Supremos Magistratus, fonte bellaqueo et recreaduces, Franciæ Cancellarium, Senatûs Principem, et ærarii Præfectum; Consiliarios Universitatis forenses Consulendos, de eorum sententiis referendum; antequam in re ancipiti et gravissimâ quidquam certi Statuatur./.

Et ita conclusit amp. Rector.

Coger Rector.

Anno Dni 1772. die Jovis decimâ nonâ novembris, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium facultatis, in Col. Ludovici Magni./. 19. Nov.

Dixit amplissimus Rector, se, assumptis secum Comitibus tribus Majoribus universitatis officiariis, adiisse ad Illustrissimum Franciæ Cancellarium; atque ab illo idem fermè responsum retulisse, quod jam à Clarissimo Causæ Cognitore; Scilicet, ipsam esse componendam, non dijudicandam; hanc in rem adeundum Illustrissimum Senatûs Principem. Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico; Dictum est 1°. in deliberatis perseverandum esse, ut Illustrissimi Senatus Princeps et ærarii Regii Præfectus ac cantus, Patronique Universitatis consulantur, priusquam in re gravi æque ac ancipiti quidquam certi Statuatur. 2° Cautum quidem esse, ne publici juris fiat Libellus memorialis à V. C. M. Mey hanc in rem confectus; non autem ne ipsis Judicibus distribuantur ipsæ archetypæ Tabulæ typis editæ, quibus nullâ promis factâ Mentione Litis cujuspiam, jus antiquum Præclaræ artium facultatis adstruatur: has itaque tradendas in manus Senatorum integerrimorum, qui, nisi res ad compositionem adducatur, de Litteris Patentibus Regio Franciæ Cancellario concessis deliberaturi sunt; donec Licentia detur prædictum Libellum publici juris faciendi. Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est./.

decemb

5. decemb. Anno Dni 1772, die quintâ decembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni,

1º Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Franciscus Balthazar Curt, Subdiaconus, Parisinus, et Franciscus Fourme, acolythus Claromontensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus, abiis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua præf. supplicibus postulata concedi.

2º Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3º Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Normaniæ Procuratorum de vitâ, Moribus, ac peritiâ M. Leobini Martin, qui postremis in Comitiis supplicaverat pro Licentiâ aperiendi Pædagogii; audito Pædagogorum Academicorum agente: Audito Meritissimo Syndico, Placuit fieri potestatem M. Martin aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et Clientelâ Universitatis.

4º ad diem duodecimam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis supplicationes.

5º De opere novo quod in lucem edere parat M. Goutier, Pædagogus Versalicus, cui titulus est, Grammaire Latine, avec des dissertations sur la Syntaxe; Lectâ relatione MM. Coslon et Labour, Deputatorum; Placuit opus recenseri inter illa, quæ alma Parens suis alumnis in manus tradit.

6º Lectæ sunt per scribam Universitatis duæ Conclusiones; altera Consultissimæ facultatis facta die tertiâ hujus mensis, qua præd. facultas nominat atque Universitati præsentat Carolum de La Lourcey, clericum Lingonensem, ad unam è duabus Capellaniis Academicis, quæ sunt sub titulo de Thesauro Regio, vacantem per demissionem M. Francisci Vitasse, Licentiati Theologi, Diaconi Noviomensis, ultimi illius possessoris Pacifici: altera vero Saluberrimæ facultatis, die decimâ octavâ Novembris proximi elapsi, facta, quâ præd. facultas nominat atque Universitati præsentat, M. Bertrandum Dupuy, Acolythum Convennensem, ad unam è Capellaniis Savoësianis, vacantem per obitum M. Mathurini le Vicquet Dufresne, ultimi illius possessoris Pacifici: Audito M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico, Placuit admitti Cler. de la Lourcey, ad Capellaniam de Thesauro Regio, et M. Dupuy, ad Capellaniam Savoesianam, atque iisdem de illis provideri.

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est.

Coder Rector.

Cent Six

1772 decemb

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Die septimo decembris, ampl. Rector et praec. Artium facultas, more antiquo, interfuerunt solemni sacro apud FF. Praedicatores / 7. dec.

Fourneau

Anno dni 1772, die duodecimâ decembris, habita sunt, Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici Magni, ad sacras Supplicationes / 12. decemb.

Primum in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi, nullo comparente supplice pro litteris Nominationis, sacramentum dixit M. Bertrandus Dupuy, juxta morem antiquum, missus fuit in possessionem unius è Capellaniis Savoisianis, ad quam die quintâ hujusce mensis, a Saluberrimâ facultate fuerat apud Tribunal Academicum praesentatus. /

Item sacramentum dixere ab uno ex adjunctis Bibliopolarum Syndico D. Simeone Prospero Hardy, Nicolaus Savoye et Benedictus Morin, Librarii /

Deinde itum est in Comitium, ubi post habitam ab ampl. Rectore orationem, omnes ordines Academici rata et grata habuerunt quae gessit in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decreverunt. Statim processum est ad aedem Deo sacram sub invocatione S. Hilarii de Monte, ubi sacra fecit M. Dair, Doctor Theologus, ipsius paraciae Pastor; sacram concionem habuit M. Asseline, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus; Eucharisticam vero ad Pontificem M. Cosson, humanitatis Prof. in Mazarinaeo / Coder Rector.

Anno dni 1773. die decimâ quintâ mensis decembris, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis in negotium quod pendet inter Universitatem et Collegium Regium Franciae. / 15 dec.

1 1°. Dixit ampl. Rector, die 5a. hujus mensis, viros Clar. MM. Lambon, Mey et Gerbier à se convocatos, adfuisse Comitiis deputatorum; quodemque rogatos, ut imminens periculum ab Universitate averterent prudentiâ et consilio; a quibus cum responsum fuisset se memores esse sacramenti quo fidem academiae obstrinxerunt, Dictum esse, Defensionem Universitatis in causâ quam habet cum Collegio Regio Franciae esse Patronis academicis permittendam, atque in eorum fide ac peritiâ conquiescendum; addidit ampl. Rector, Patronos praedictos datam fidem obligavisse; atque communibus consiliis consultationem adornavisse, propediem publici juris faciendam /.

2°. Retulit de iis quae apud Illust. Senatus Principem acta sunt die 12. hujus mensis, praesentibus Majoribus Universitatis officiariis, cum M. Campeu, antiquo Rectore; atque ab Illust. Protopraeside propositum fuisse, Collegium Regium Franciae Co-optari in gremium Universitatis; et hanc in rem a singulis Nationibus nominari Deputatos. Placuit rem proponi in Comitiis generalibus praeclarae Artium facultatis, crastinâ die habendis /. Coder Rector.

decembri

16. dec.

Anno dni 1772, die decimâ sextâ decembris, habita sunt Comitia generalia praeclarae Artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni/

Post habitam ab Ampl. Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate supplicarunt 1° pro immunitate ab onere scribendi codices Philosophicos, Bernardus Courtiau, propter oculorum infirmitatem: Dionysius Mauricius Chanu, ob stomachi imbecillitatem; Stephanus Ambrosius Tenaille de La Bretonniere, propter Rectoriae infirmitatem et frequentem hamotisin; Ludovicus de La Foix, propter Brachii et manus dextrae antrophiam immedicabilem; Dionysius Ludovicus-Carolus Bernault, propter pectoris dolores et spirandi difficultatem; Joannes Laborde, Placentinus, propter capitis dolores, et oculorum infirmitatem; Ludovicus-Franciscus de Rostaing, clericus Lugdunensis; propter oculorum debilitatem; Benignus-Philippus Jullien, clericus Lugdunensis; propter oculorum infirmitatem; Nicolaus Magdelt, Acolythus Kerriensis, ob pectoris infirmitatem; Ludovicus-Josephus Le Brun, Presbyter Remus, ob oculorum infirmitatem; Joannes-Baptista Dominicus Hourdet, Presbyter Ambianensis, propter ventriculi imbecillitatem, et Guillelmus-Gaspardus Meyer, propter oculorum infirmitatem; testantibus MM. Guillolin, Garnier, Philip, Bosquillon, Le Vacher, Verdelhan, Belleteste, Bucquet et de Chammeret. 2° ut biennium Cadomense pro uno anno computetur, Petrus Grisel, Presbyter Constantiensis; 3° pro reformandis Nominibus, Hieronymus Charpillon, clericus Senonicus, ut ne sibi noceat, quod in pronomine omiserit Litteram h: f. Petrus-Josephus Marcy, antiquae observantiae ordinis cluniacensis expressè Professus, ut pronomine varié scripta suum in ordinem restituantur; Jacobus Serqueil clericus Trecensis, ut varié scriptum nomen restituatur./.

Courtiau
Chanu
Tenaille de La Bretonniere.
de la Foix.
Bernault
La Borde
de Rostaing
Jullien
Magdelt
Le Brun
Hourdet
Meyer
Grisel.
Charpillon.
f. Marcy
Serqueil

Auditores de supplicis M. Franc. Nicol. Guerin, Syndicus, idem dixit; Audivistis ex Oratione Ampl. Rectoris, quo in loco sit molestum illud ac tanti momenti de Regio Collegio negotium. Post tot spes ac metus, post tot curas ac sollicitudines eo ventum est, ut id tandem aliquando confici certo atque unanimi consensu velint et summi rerum publicarum Ministri, quorum ex autoritate praecipuè pendet; et ipse Senatus Princeps Illust. hortantur itaque vos simul que postulant viri Primarii, ut vestris Deputatis facere velitis Potestatem hujus negotii secum aliquâ conciliatione, si qua tamen inveniri potuerit, componendi. De totius negotii summâ, Proc. Acad, qualescumque fuerint vestri animi, non facile mihi persuadeo, vos id esse commissuros, ut suadentibus talibus viris, imo flagitantibus, omnem iucundae compositionis modum defugere videamini. Itaque pro re academicâ postulo, ab unaquaque natione suos Deputatis dari potestatem rei si fieri possit componendae, appositâ potestati, quam illis fecerint, conditione, nihil habetum iri pro definito, nisi de quo fuerit ad singulas Nationes relatum, et quod fuerit earum consensu confirmatum/.

Coder Rector

Cent Sept

1772. 12 dec

GEN. DE PARIS

Audito Syndico, Ampl. Rector in manus singulorum Procuratorum tradidit postulata, quorum tenor sequitur.

Postulata D. Rectoris, die 16. dec. 1772.

Circa negotium quod pendet inter Univ. et Reg. Franciæ Collegium

Postulat D. Rector, ut quæ à Patribus nostris facta sunt et observata in Cooptando Universitati Coll.° Mazarinæo, eadem fiant et observentur in instituendo examine, utrum et quomodo possit co-optari Regium Franciæ Collegium; proinde ut non solum consulantur præcl. Artium Facultatis Nationes, sed pariter et facultates superiores, ex quibus quatuor facultatibus tota coaloscit Universitas/.

Itaque, ut Ill. Senatus Principis votis et petitioni, uti par est, respondeamus, et magnificæ quam de Universitate concepit opinioni, Postulat D. Rector. 1° ut Nationes appellent Deputatos, qui expendant, examinatis difficultatibus et obicibus, an possit, et quomodo Universitate cooptari Collegium Franciæ Regium. 2° an ex illâ co-optatione nullum in nostra studia, jura, statuta, mores ac consuetudines derivari possit detrimentum. 3° an illa Cooptatio nuntiatuum nostrorum proprietati, quæ penès est solas quatuor Nationes nocere neutiquam possit. 4° an aliqua possit inde reverti ad Universitatem utilitas, decus et emolumentum. Postulat denique, ut quæ hac de re à singularum Nationum Deputatis seorsim tractata fuerint et scripto mandata, quantociùs ad Tribunal Academicum referantur, ut ex diversis Libellis Memorialibus unus efflorescat omnium Nationum calculo comprobatus; deinde Illust. Senatus Principi offerendus; cui censeo gratos quàm maximas et habendas et agendas propter eximiam quâ Academiam nostram complectitur Caritatem.

Tum Amisit Nationes, ut deliberarent, de supplicibus, Quatuor Viris, ratihabitione eorum quæ gessit; ac deputatis tùm ad negotium de Collegio Regio, tùm ad concursum proximè imminentem/.

Nationes regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt. 1° à se indulgeri supplicibus. 2° confirmari Quatuor Viros manè electos, scilicet, pro honorandâ M. Girault de Koudou, Philosophiæ Profess. in Regiâ Navarrâ; pro fidelissimâ, M. Vallé, Phil. Prof. Emeritum; pro Venerandâ, M. Le Tourneur, Baccalaureum Theologum; pro Constantissimâ M. Lallemand, Eloquentiæ Prof. Emeritum: 3° Nominatos fuisse in deputatos ad Concursum; in Gallicanâ, MM. Heriveaux et Georget; in Picardicâ, MM. Turquet et Dair: in Normanicâ MM. Vray et Mestrel; in Germanicâ, MM Jacquin et Magdonock. 4° rata et grata haberi quæ gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine ipsi litteras commendatitias decerni.

De Negotio cum Regio Franciæ Collegio; honoranda Natio appellavit in Deputatos, MM. Fugault, Mouton, Camyer et Gaudet; quibus fecit potestatem expendendi an et quomodo fieri possit præd. Cooptatio, eâ lege tamen 1° ut in tuto sit, plenaque et integra servetur Nationum in suos nuntiatus proprietas/

Tourneau

2.m ut servetur jura Facultatum superiorum. 3.o ut articuli pactionis ad cooptationem Legatus coram Honorando Ordine et ab ipso approbentur priusquam cum Ill. Senatus Principe communicentur/

Fidelissima, Appellavit MM. Le Bel, Vallé, d'Arragon, et Dais; qui cum ampl. Rectore, ceteris que deputatis viderent, an et quomodo fieri posset co-optatio, eâ lege, ne quid pro definito haberetur, nisi prius ad singulos ordines relatum, et eorum consensu comprobatum esset/

Generanda, appellavit MM. Lowel, Monlien de l'Armenie Le Seigneur de Cerisier, qui cum ceteris Deputatis deliberarent; nec ulli propositioni consentirent, inconsultâ natione; Jecis totum id irritum declaravit/.

Germanica, eodem appellavit Deputatos, quos prius, ius que dedit potestatem, totius Negotii amicè, si quid fieri posset, componendi; ita tamen ne nihil haberetur pro definito, nisi quid prius ad nationem relatum fuerit, et ejus consensu confirmatum/

Præterea Gallicana, Picardica, et Germanica censuerunt gratias Illustrissimis Senatus Principi agendas propter ejus benevolum ac paternum in Universitatem animum/.

Postea Quatuor Vari, præstito inter manus Rectoris Sacramento, convenere et rubricarum; unde digressi pro Magistrum Girault de Kerdaon retulerunt, à se fasces Rectorios D. Francisco Marie Cager, Rectori fuisse prorogatos. Quæ prorogatio ab omnibus Italiæ nationibus approbata et confirmata fuit./

Et ita concluxit Amplissimus Rector/

Cager Rector.

Anno Dni 1772., diebus decimâ nonâ, vigesimâ, vigesimâ tertiâ mensis Decembris, habita sunt comitia Deputatorum præclarissimarum Facultatis, in Collegio Ludovici Magni; de re ab ampl. Rectore proposita, utrum et quâ ratione possit in gremium Universitatis co-optari Regium Grassinæ Collegium. Cum que Nationes Gallicana, Picardica, et Germanica consultæ viderentur, ut adhibitis certis conditionibus, aliqua pars ex Quotidianis Academicis distraheretur, ab gratiam Collegii Regii, modò non fucata sed sincera et liquida ejusdem fieret co-optatio; Quæ ante vero, vellet, summam unum et quinquaginta millium Libellarum in arca Nationum reservatam ad ædes Universitatis primarias extruendas, et insimul Collegium Scholarum Regi optimo offerri, ad usus Collegii Regii si ipsi ita visum fuerit, impendenda? Placuit Deputatos singularum Nationum se sistere apud Illust. Senatus Principem, Suorumque quemque Ordinum mentem explicaturos. Et ita concluxit Ampl. Rector/

Cager Rector

Anno Dni 1772, die vigesimâ quartâ Decembris, Ampl. Rector vocavit ad se omnes Magistros, qui pro Nationibus habent, Subscriptis Universitatis quæ in gremium quæ res ad ipsos pertinent earum curam gerunt, et si quid alicujus momenti acciderit, illud ad Acad. Tribunal, re cum Ampl. Rectore, et Mro. Syndico prius communicatâ referat. Et ita concl. Ampl. Rector/

Cager Rector

Centhuit

Index

Beneficiatorum, Consiliariorum appa-
=ritorum et Clientium Universitatis
per decursum anni millesimi septingentesimi-sep
=tuagesimi-secundi

Beneficiati.

Die quinta decembris, Carolus de la Courcey, clericus Senonensis, a Consultissimâ Jurium facultate designatus, ab Universitate nomi
natus est ad unam è Capellaniis sanctæ de Thesauro Regio vacan-
tem per abdicationem V. C. Francisci Witaste, Lic. Theologi.

Eadem die, Bertrandus Dupuy, Acolythus Convenensis, à Salub. facultate designatus, ab Universitate Nominatus est ad unam è Cap
=ellaniis Savoisianis vacantem per obitum Malzarini Le Vicque
de Frosne.

Consiliarii.

Die 20. Martii, V. C. M. Caillard, ab Universitate nominatus die 17. ejusdem Mensis ad officium Patroni Academici apud Castellet-
tum parisiense, vacans per obitum Viri Celeberrimi M. de
la Monnoye, Sacramentum præstitit.

Apparitores.

Die 19. Junii, Vir honestus Grigoult, Pater, Minor Apparitor Venerandæ Normanorum Nationis, in locum filii
=restitutus, Sacramentum præstitit.

Librarii.

Die 20. Martii, Sacramentum præstitere, à M. de Bonnel, uno ex adjunctis rei Librariæ præsentatis, Ludovicus Jory, Jacobus fran-
=ciscus Froullé, Eugenius onfroy.

Die 19. Junii, Sacramentum præstitere, Viri Librarii, ab Illustri Vro Simone-Prospero Hardy, rei Librariæ adjuncto
Laurentius Franciscus Guillaume.
Joannes-Georgius Antonius Knapen.
Joannes-Augustinus Durand Dufresnoy, Junior. die 8°. octob.
Nicolaus Ruault.
Ludovicus-Alexander Jombert, Natu Minor.

Die 8°. octob. Sacramentum præstitit, præsentante M. S. P. Hardy, uno ex adjunctis rei Librariæ dictus Joannes-Augustinus Durand Dufresnoy, Junior.

Die 12. Decembris, Sacramentum præstitere Nicolaus Savoye et Benedictus Morin.

Magni Nuntii

In Natione Gallicana

Die 13. Januarii, Antonius Moinery, pro diœcesi et Archiepiscopatu Bisuntinensi, Loco Nicolai Richer.

Die 18. Februarii, ~~Nicolaus Duparc~~ +, pro diœcesi et Episcopatu Vabrensi, Loco Ludovici Tourton. / † Nicolaus Duparc

Die 24. Martii, Carolus Ludovicus Le Dru de Molaneé, pro diœcesi et Episcopatu Mirapicensi, Loco Nicolai Lorillard /

Die 1ª Aprilis, Joannes Nicolaus Fourtain, pro diœcesi et Episcopatu Nicœnsi, Loco Pauli Berlin Desmarets. /

Die 22. Aprilis Jacobus Josephus Le Prestre, pro diœcesi et Episcopatu Senecensi, Loco Petri La pierre /

Die 14ª Maii, Michael Robertus Rure, pro diœcesi et Episcopatu Nivernensi, Loco Antonii Aubert Baudet de la Vallée /

Die 7ª Junii, Carolus Bertin, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Rhegiensi, (Reggio) in locum Petri Ludovici de Suraque / (Gueux)

Die decimo quinto Julii, Joannes Truffaut, pro diœcesi et Episcopatu Trevirensi, in locum Joannis Andreæ Asloque. /

Die trigesimo primo Julii, Josephus Sayolle, pro diœcesi et Episcopatu Aduensi, in locum Claudii de Nointerre,

Die duodecimo Septembris, J. C. Roustaing de Sarolière pro Stephano Granier stetit se; et admissus est Stephanus Granier, pro diœcesi et Episcopatu Vapincensi, ob liberam dimissionem Petri Goupon. /

Die Septimo Octobris, Martinus Bourgeois, pro diœcesi et Episcopatu Bethleemitanensi (Bethlem) in locum Renati de Burgne /

Die 21. novembris, Augustinus Laurent, pro diœcesi et Episcopatu Rossianensi, Loco Ludovici Pierre /

Cent Neuf.

1772

Ex Natione Gallicanâ

Die trigesima decembris
Carolus Le Riche de la Thuillerie, pro diœcesi et Episcopatu Pictaviensi, Loco ferdinandi Caroli olivier.

Ex Natione Picardicâ

Die 26. octobris, octavius Ludovicus Poitevin, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Mechliniensi, Loco Michaelis Bourlier.

Ex Natione Germanicâ

Die duodecimo Februarii 1772. Franciscus Hochedez Bulté, pro diœcesi et Episcopatu Alburgensi, Loco Loco Joannis Valler./

Die decimo-quinto Februarii, Carolus Duval de Nerville, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Vindobonensi (vienne en Allemagne) Loco Antonii Vinc[illegible]/.

Die undecimo Martii, Franciscus Pillot de la Coupe pro diœcesi et Episcopatu Chausburgensi, in Locum Jacobi Vallain de la Motte,

Die sexto aprilis, Franciscus Gautier, pro diœcesi et Episcopatu Dumblanensi, in Locum Petrili Belin des marets./.

Die vigesimo-quinto aprilis, Franciscus Antonius Bourquet, pro diœcesi et Episcopatu Caminiensi, in Locum Simonis Thomæ Laubry./

Die octavo Julii, Joannes Baptista Hennen, pro diœcesi et Episcopatu Dinopolensi (Calscherdt) in Locum Gabrielis Gogois./

Die decimâ quartâ Augusti, Joannes Claudius L'heritier, Pro diœcesi et Episcopatu Paslaviensi, in Locum Joannis Baptistæ Le Maignan/

Ex Natione Germanicâ

Die 14. Augusti, Antonius Genthon, pro diœcesi et Episcopatu Arhusiensi (Arhusen) in locum Petri Balthasar Marchais.

Die 22. Augusti, Rollandus Marais, pro diœcesi et Episcopatu Imbdensi (Osterisen.) in locum Ludovici Antonii Chateau.

Die 31. octobris, Joannes Denis, pro diœcesi et Episcopatu Sidonensi, in locum Dionysii Gault.

Die 16. decembris, Arnaldus Bartholomeus de la Brosse pro diœcesi et archi-Episcopatu Alba-Julienſi, in locum Joannis Malide.

Die 22. decembris, Joannes Baptista Gretti pro diœcesi et Episcopatu Arembergensi (Barelberg) in locum Joannis Bocquet.

Die 30. decembris, Joannes Gobron, pro diœcesi et Episcopatu Corvodunensi (Cracovie) in locum Joannis Baptistæ D'Incamp., Marchionis de Loubie.

1773

Cent Dix

Acta
Commentarii et Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum
Anni Dñi millesimi Septingentesimi Septuagesimi tertii

2. Janu.

Anno Dñi millesimo Septingentesimo Septuagesimo tertio, die secundâ Januarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis consederunt ipse amplissimus Rector, M. Franciscus Maria Coger; M. Ambrosius Riballier, Theologiae Facultatis Syndicus, Decani vices gerens; M. — Bouchaud, Consultissimae Facultatis Decanus: M. Ludovicus Petrus Felix Renatus Le Thuilier, Medicinae Decanus; MM. Joannes Franciscus Reydellet, Presbyter Genevensis, Baccalaureus Theologus, aggregatus ad Primum Ordinem; M. Renatus Binet, Eloquentiae Professor in Sorbonae Plessaeo; M. Bergeron, Baccalaureus Theologus, Primariatûs Coadjutor in Lexoviaeo; et Oneil, Baccalaureus Theologus: M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico; M. Guidone Antonio Fourneau, Scribâ; M. Francisco Michaele Le Bel, Quaestore generali /.

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, gere Magisterii artium et quinquennii, MM. Petrus Grizel, Presbyter Constantiensis; Guillelmus Marinus Bove, Presbyter Rothomagensis; Carolus de Layrolle, Presbyter Rathenensis; Joannes Baptista Henricus Henryot, Subdiaconus Lingonensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, Audito Syndico, Placuit, sua praef. Supplicibus postulata concedi /.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant Superioribus in Comitiis acta et Statuta /.

3° Quod Illust. Senatûs Princeps petiit, Negotium quod pendet praeclaram Facultatem inter et Collegium Regium Franciae; quam in rem Deputati à praeclarâ Artium Facultate nominati sunt die 16. decembris proximé elapsi; Postulavit ampl. Rector, ut quae à Patribus nostris facta sunt et observata in co-optando Universitati Collegio Mazarinaeo; eadem fierent et observarentur in instituendo examine, utrum et quomodo co-optari possit Regium Franciae Collegium; proinde que ut non solum consulerentur praeclarae Artium Facultatis Nationes, sed pariter et Facultates, ex quibus quatuor Facultatibus tota coalescit Universitas; Atque eadem Postulata in manus Sapient. Decanorum tradidit, dum ampl. Rector, quae ornatissimis Procuratoribus

tradiderat, in Comitiis generalibus præclaræ artium Facultatis, habitis die 16. dec. proxime elapsi./

4° Latæ, expensæ, et approbatæ sunt rationes accepti et expensi, ad oblumenum præmiorum Academicorum distributionem, per decursum anni 1772, ab integerrimo Universitatis Quæstore; ex quibus compertum est inter manus ejus residuam esse summam

Ita conclusit ampl. Rector./ Colver D. Rector.

9. Janu. Anno dni 1773, die nonâ Januarii, habita sunt Comitia Deputatorum præclaræ artium Facultatis in Collegio S. Ludovici Magni.

1° Supplicavit M. Claudius-Ludovicus-Joannes-Baptista Godefroy de Boisjugan, Diœcesis Constantiensis, et Bituricum Cadurcensis sibi pro uno anno computetur; et Andreas-Petrus-Dominicus Teorsel, Diœcesis Noviomensis, ne sibi noceat quod in inscribendo nomine ordinem prænominum inseverit; audito M. Francisco Nicolao Guerin, testante, fontium esse utrique causam præveniendi generalia Comitia; ordori quidem, ad obtinendum gradum Baccalaureatûs in Theologiâ; posteriori verò, ob Aditanos in patriarios; flavitat utrique causa postulatum concedi, eâ lege ut de iis referatur ad præclaram Facultatem./

2° Quod dictum est, inconsultâ Universitate, Nuntios Majores à Clarissimo Prætore rerum Civilium sententiam juridicam obtinuisse, quâ decem et novem ex Nuntiis Majoribus suo privantur officio, quod solita quos annua Sodalitio San-Caroli Magni non pensitaverint; aliaque discordiæ nascentis semina videantur [illegible], Placuit MM. Fourneau, de Bel, et Lanyer nominari in Deputatos, qui rem expendant ac de eâ ad Comitia referant./

3° Lectæ et approbatæ sunt rationes accepti et expensi, per decursum an. 1771. et 1772, ab integerrimo Quæstore, ad Collegium Cholectorum pertinentis; ex quibus compertum est, inter manus ejus residuam esse summam 400 lt.

Ita conclusit ampl. Rector./

Colver D. Rector.

12. Janu. Anno dni 1773, die duodecimo Januarii, habita item sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum præclaræ artium Facultatis./

1° Lecta est Libellus Memorialis à M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico adornatus, adversùs libellum quem unus à Professoribus Regiis, qui ex Syndicum Collegii Regii Francici nuncupat, inter manus Clar. Abbatis DD. Mignot, tradidit; idemque Libellus ab omnibus Deputatis laudatus et approbatus est./

2° Stetit se Nè honestus Joannes Ludovicus Glachant, Nullatis-Juratus pro Episcopatu Conimbrensi, quæstarus, quod sibi non liceat interesse Comitiis Sodalitii San-Caroli Magni, immo et ipsis generalibus Universitatis Supplicationibus. Audito Præsidis Amo Syndico, Placuit diligentiorem inquisitionem fieri per Deputatos superioribus in Comitiis nominatos. Ita conclusit amplissimus Rector./

Cent Vingt

1773 Januario — Feb

Anno dñi 1773, die vigesimo Januarii, habita sunt, in Collegio Lud. Mag., Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis, in quibus dixit ampl. Rector, De sententiis singularum Nationum circa aggregationem Collegii Regii, inter Memoriae Causae cognitoris traditis, praesente Illust.o Senatus Principe, nihil quidquam auditum fuisse a die 3.a hujus mensis. Audito Syndico, Placuit ex tempore adiri Illust. Senatus Principem, eundemque enixe rogari, ut ne res absolvatur, quin de eâ ad singulos ordines academicos relatum fuerit. Et ita conclusit amplissimus Rector/. 20. Janu.

Coder Rector.

Die Jovis vigesimâ octavâ Januarii, ampl. Rector et Praeclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli Magni in aede Navarricâ celebrari solet, ex institutione V. C. M. Caesaris Egaste du boullay/ 28. Jan.

Fourneau

Die veneris vigesimâ nonâ Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos pro more detulerunt minoribus Magistratibus/ 29. Jan.

Fourneau

Die Sabbati trigesimâ Januarii, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum singulis adjunctis, officiariis Majoribus, omnibusque apparitoribus cereos detulerunt, primum Serenissimo Aurelianensium Duci; cui cum Rector causam institutionis gratuitae adversus Regium Franciae Collegium eleganter ac fortiter exposuisset, benigne respondit Rectori humanissimus Princeps, Je me trouverois très heureux, de pouvoir vous rendre service, dans une occasion si importante. deinde Illust. Archi-Episcopo, et utrique Senatus et rationum Curiae Principibus/. 30. Janu.

Antequam secessus fieret, Sapientissimi Theologiae, Jurium et Medicinae Decani ad Illustrissimum Senatûs principem accesserunt, ab eoque petierunt, ne quidquam definiretur circa aggregationem Collegii Regii, suis ordinibus inconsultis/

Fourneau

Die Lunae primâ mensis Februarii, ampl. Rector, Decani, Procuratores, Majores Universitatis officiarii, cum adjunctis et apparitoribus Versalias se contulerunt, ibique cereos Regi, Serenissimo Delphino, Serenissimae Delphinae, Illustrissimoque Franciae Cancellario obtulerunt. Ubique Rector decus Universitatis et gloriam egregiè sustinuit/. 1 Febru.

Antequam discederetur ab Illus. Franciae Cancellario, Sap. Theologiae Jurium et Medicinae decani petierunt pariter, ut ne quidquam definiretur in causâ Collegii Regii, suis ordinibus inconsultis. Quibus responsum est litteras patentes jam esse ad senatum eâ de re missas/

Fourneau

Februario

2. Feb. Die Secundâ Februarii, horâ Sesqui-undecimâ, habita sunt Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis; quibus placuit ex tempore adire Clar. abbatem DD. Mignot./.

Eâdem die, horâ quartâ, placuit Deputatos sic distribui, ut alii adeant Illustrissimos Praesides infulatos, si aditus non pateret ad Illustrissimum Proto-Praesidem; alii ad Consiliarios universitatis forenses/

Fourneau

3. Feb. Die tertiâ Februarii, ampl. Rector et praeclarae artium facultas interfuerunt solemni sacro quod fit pro Magistris Academicis vitâ functis./

Peracto sacro, Rector, Procuratores et Majores Universitatis officiarii se contulerunt ad aedes Illustrissimi Senatûs Principis, ab eo copiam novarum Litterarum Patentium petitari: quibus dictum esse, eas esse proprio motu Regis datas, et Jussu Regio inscribendas; adeòque cum Deputatis academicis non esse communicandas./.

Fourneau

4. Feb. Die quartâ Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum, non quidem ad rem Collegii Regii, sed ad praeclaram artium facultatem, à quibus Comitiis absuere MM. Dair et Magdonock./.

Ibi Lectae, expensae et approbatae sunt rationes expensarum tum in usus aedium Primariarum, ac praesertim Bibliothecae; tum in sumptus propter negotium cum Collegio Regio: placuit que ex arcâ praeclarae artium facultatis depromi summam sex millium Libellarum, eandem que inter manus ejus tradi./.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Coter Rector.

6. Febru. Anno Dni 1773, die sexta Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni. M. Belleteste, tenuit locum M. Le Thuillier Medicinae Decani./.

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jura Magisterii artium et quinquennii MM. Antonius Petrus Dominicus Scarzel, Diaconus Noviomensis; Melchior de Beslice, Subdiaconus Forojuliensis; alex. Franc. Germ. Mollet, Diaconus Sagiensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit, sua praef. supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3°. Accessit ad Tribunal Academicum Vir de re Literariâ praeclare Meritus, Universitatis Parisiensis, Regii Franciae Collegii, Regiae Numismatum et Litterarum Academiae decus et ornamentum; institutum que à M. Pourchot, Universitatis, dum viveret, Syndico, Lectionum Graecarum Cathedram, sibi à Tribunali academico commissam, abdicavit./ Recessus causa

Cent Douze

1773 Feb ——

GEN. DE PARIS EXTRAORD. NAIRE

non fuit, viro ad laborem impigro, docendi taedium, sed ingravescentis aetatis infirmitas, tristis at inevitabilis causâ.

In ejus locum Tribunal Academicum, audito Syndico, unanimi suffragiorum consensu sufficit unum è Professoribus Grassinaeis V. C. M. Julianum Cerisier, Eloquentiae Professorem/

4° Supplicavit pro Licentiâ aperiendi Paedagogii M. Andreas Simon Henricus Genay, Clericus Andegavensis. Audito Syndico, nominati sunt Galliae et Picardiae Procuratores, qui de ejus peritiâ et moribus inquirant.

Et ita conclusit ampl. Rector/

Coder Rector.

10. Febru.

Anno dni 1773, die decimâ Februarii, habita sunt Comitia extra-ordinem praeclarae Artium Facultatis in Collegio Lud. Magni/

Primum Rector retulit de iis quae gessit, ne novum Diploma in Aggregationem Collegii Regii datum, in tabulas publicas, inauditâ Universitate, referretur; dixitque, factâ sibi tandem illud Legendi non exscribendi potestate, visum fuisse cum Superiori ita consonum, ut ipse reclamaverit, ac petierit, Universitate liceret sinceræ ac liquidae aggregationis Leges describere, ac proponere. Quâ potestate sibi factâ, consultos à se primum Consiliarios Universitatis forenses, a quibus adornaretur instrumentum de optimâ ratione cooptandi Collegium Regium franciae in gremium Universitatis; deinde Convocatos Deputatos, a quibus Juris-consultorum opus prius expenderetur, quam deferretur ad hodierna Comitia/

Tum jussit instrumentum palam recitari; hujus tenor sequitur/

Projet de Consentement

Sur ce qui a été representé par M. Le Recteur, qu'il n'est plus possible de douter que Le Roy n'ait une intention décidée, que le College Royal, fondé par francois I, soit uni et incorporé à L'Université, et qu'à ce titre ses Lecteurs ou Professeurs participent au produit du 28eme effectif du bail general des Postes, jusqu'à concurrence d'une somme de 15000 seulem. Le Roy se chargeant de pourvoir au surplus de la dotation de ce College/

Que les vues de S. M., en assurant le sort du Col. Royal, auquel diverses circonstances qui se sont succédées, n'ont pas permis jusqu'à present de donner la perfection et la solidité necessaires, sont de concentrer dans le sein de L'Université tout l'enseignem. public qui se fera dans la Capitale, afin de procurer à ses sujets l'avantage inestimable d'être élevés, instruits, et formés dans les mêmes principes, non seulem. par rapport aux Sciences et aux Lettres, mais surtout par rapport à la Religion, aux mœurs, et aux maximes du Royaume./

Que Le Roy attend de la fidelité de son Université, qui de tout tems a reçu des marques si distinguées de la protection du Thrône, qu'elle s'empressera de correspondre aux motifs de sagesse, dont S. M. est animée, et qu'il veut même par un effet de son équité Royale, que L'aggregation du College Royal soit faite de concert avec L'Université, pour prevenir d'une part les divisions que L'aggregation pourroit peutêtre occasionner dans la suite, et assurer de l'autre les heureux fruits que Sa Majesté se promet de L'aggrégation/

La matiere mise en deliberation dans chacune des Nations dont est composé la Faculté des arts, elles ont unanimement arrêté, que pour satisfaire au desir du Roy, concourir aux vues de bien public dont S.M. est occupée, et donner en même tems une nouvelle preuve de leur respectueuse obeissance, elles consentent, en ce qui les concerne, à ce que le College Royal soit uni et incorporé à l'Université, pour former dorenavant un College du Corps Academique, mais aux conditions neanmoins./.

1°. Que lorsque l'aggregation sera arrêtée et avant d'avoir aucun effet, l'Université prendra possession du Coll. Royal, dans la forme la plus solemnelle./

2°. que ce College sera et demeurera de même que les autres Colleges de plein exercice assujetis aux Loix, Statuts, usages, discipline et Jurisdiction de l'Université, et par consequ. aux visites du Recteur et du Tribunal de l'Univté./

3°. que le Principal ou Inspecteur de ce College, et les Lecteurs ou Professeurs qui seront pris à l'avenir choisis, et nommés, pour en remplir les chaires et la Principalité, que parmi les membres de l'Univté, ou du moins que personne ne pourra en être pourvu, sans avoir préalablem.t obtenu des degrés dans lad. Université.

4°. Qu'à legard des Professeurs actuels, ceux à qui ces qualités manqueroient seront tenus, dans trois mois, a compter du jour de la prise de possession solemnelle du College Royal de la part de l'Université, de se faire recevoir dans celle des quatre facultés, à laquelle ils devront appartenir, par l'objet de leur chaire et la nature de leur enseignement./

5°. Que l'Inspecteur et les P. R. tant actuels que ceux qui leur succederont, seront pareillem.t obligés de prêter le serment accoutumé entre les mains du Recteur, et d'obeir à ses Mandemens. Qu'ils assisteront, ainsi que les autres membres du Corps academique, aux assemblées, processions, actes et cérémonies de l'Univté, qu'ils n'y paroîtront qu'en habit Academique, et dans l'ordre de la faculté à laquelle ils tiendront, et selon leur rang d'ancienneté./.

6°. Que les chaires du Coll. R. seront incompatibles avec celles des autres Coll. de plein exercice de la Faculté des Arts./.

7°. Que s'il s'élevoit quelque different en matiere de discipline Academique entre l'Inspecteur, les P. du C. R. ou leurs auditeurs; il ne pourra être porté et décidé en premiere instance qu'au Tribunal de l'Université, sauf l'appel en la grand. chambre du Parlement: comme aussi, qu'en cas de contestations entre led. College et l'Université, ces contestations seront directement à la Grand. Chambre du Parlem.t, conformém.t aux Privileges de l'Université./.

8°. Que l'Inspecteur et les P. du C. R. seront encore tenus de se conformer aux Statuts, police et Reglemens de chacune des facultés dont ils seront membres, ce qui en particulier, ceux qui appartiendront à la Faculté des arts et seront immatriculés dans l'une des quatre Nations qui composent lad. faculté, dans celle qui sera fixée par le lieu de leur naissance; que leur immatricule se fera en la forme accoutumée par une Supplique pro Regentiâ et Scholis; au moyen de quoi, les P. R. pourront parvenir aux charges et honneurs des Nations dans l'ordre des Professeurs./.

9°. Que l'Inspecteur et les P. du C. R. ne pourront par leurs places ou Lecons acquerir aucun droit à l'Emerite./.

10°. Que les P. dud. C. annonceront par des Programmes publics l'heure et la matiere de leurs Lecons; que trois de ces Programmes seront envoiés chaque année

tant au greffe de l'Univ.té, qu'à son Recteur et à son Syndic: Que les P. se rendront exactem.t à l'heure indiquée par les Programmes, sans qu'il puisse leur être permis de la changer: Qu'ils ne paroitront dans les classes qu'en habit academique; qu'ils feront trois classes par semaine d'une heure et demie chacune. Que si quelqu'un des P. étoit obligé de s'absenter pour cause de Maladie, ou quelqu'autre cause legitime, il en préviendra l'Inspecteur, qui aura soin de le faire suppléer./

11.° Que l'Instruction du C. R. étant par la nature même et la constitution de ce Col. essentiellem.t libre et volontaire, ses P. continueront de recevoir à leurs Leçons tous ceux qui voudront les écouter, sans les astreindre à des inscriptions, sans pouvoir en conseq.ce tenir aucun registre, ni donner des attestations propres à conduire aux degrés.

12.° Enfin que le projet de la presente aggregation sera préalablem.t communiqué aux facultés Superieures/

Au moyen de l'acte de consentem.t ci-dessus et des conditions y apposées, La Faculté des arts et chacune de ses nations Proprietaires du 28.eme effectif du bail général des Postes, consent égalem.t que les 30000.tt reservés sur le produit de son 28.eme, par les let. Pat. du 3. Mai 1766, il soit distrait annuellem.t la somme de 15000.tt pour Stipendier l'inspecteur et ceux des P. du C. R., qui appartiendront à la Faculté des arts; sans que son 28.eme puisse jamais être grevé d'une plus grande somme, pour quelque cause ou sous quelque prétexte que ce soit./

Mais parce que lad. Faculté n'entend aucunement deroger par cette concession à son droit de proprieté, et au contrat solemnel de 1719, Les 30000.tt reservées par les let. Pat. du 3. May 1766 continueront d'être payées par le fermier general des Postes au Receveur de lad. faculté, des mains du quel celui qui sera préposé, pour toucher les revenus du Col. R. recevra les 15000.tt destinés à Stipendier l'Inspecteur et les P. R. ci-dessus designés; Et les 15000.tt restant de lad. somme seront emploiés conformém.t aux let. Pat. du 14 av. 1719, et partagées entre les Principaux et Professeurs tant actuels qu'Emerites de lad. Fac. des arts./

Lad. Faculté consent encore à ce que des deniers existans dans sa caisse, il en soit distrait la somme de 75000.tt pour la reconstruction ou réparations du C. R.; le surplus demeurant affecté à l'acquit des dettes de lad. faculté, apres lequel s'il reste quelques deniers, ils seront distribués ainsi que ses revenus ordinaires/

La Faculté des arts espere au surplus que pour la dedomager du sacrifice qu'elle fait en faveur du C. R., le Roy voudra bien lui faire un don irrevocable des terreins et batimens du College des Cholets, afin que ces terreins et batimens lui appartenans en pleine proprieté, elle en distribue le produit net, toutes charges deduites à ses Principaux et Prof., de la même maniere qu'elle en use pour le produit du 28.eme du bail general des Postes/

Le Conseil soussigné qui a lu le projet de consentement de la faculté des arts à l'aggregation et union du Col. R. au Corps academique, estime, que ce projet à le double avantage de concilier les interets de l'Université en général, et de la Faculté des arts en particulier, avec les intentions du Roy, et les vues de bien public qu'on doit considerer dans l'aggregation future du C. R.; et qu'on a lieu d'esperer de son execution. Si les Nations qui composent la Faculté des arts communiquent au C. R. une portion

fixe et determinée de leur ancien Patrimoine, loin de porter atteinte à leur propriété, cet acte même la conserve, et en est un nouveau témoignage, parce que le C. R. ne participera au 28eme dans le bail des Postes, qu'en consequence de leur concession, et en vertu d'une aggregation, qui, faisant entrer ce College dans le sein de l'Univ.té, soumettra son Inspecteur et ses P. à la Juris-diction du Tribunal de l'Univ.té à son Recteur, à ses Loix et Statuts et même aux reglemens et usages de chacune des facultés respectives, auxquelles ils seront incorporés /. Signé Gillet, de Lambon, Mey, Gerbier, Pinault /.

Auditus est M. Franciscus-Nic. Guerin, cui cum praed. consensus videretur cum juribus Universitatis consonus, dixit, se pro re academicâ nihil morari, quominus de eo deliberetur /

Audito Syndico, Ampl. Rector dimisit nationes ut deliberarent, Regressae per singulos Procuratores retulerunt ordinum suarum sen=tentias; quas quidem singulas in Commentarios referri visum est. Et ita conclusit Amplissimus Rector /

Coger Rector

Conclusio honorandae Gallorum Nationis.

Anno dni 1773. die februarii, decimâ, horâ decimâ matutinâ, habita sunt Comitia praeclarae Artium facultatis ab Ampl. Rect. M. Coger extra-ordinem convocata, in quibus post elegantem habitam orationem, proposuit Ampl. Rector novam circa aggregationem Regii Franciae Collegii consensus et conditionum formulam, ex consilio Patronorum forensium academicae adornatam, et eorum consultatione et Syngraphâ munitam; quam a fideles. Scribâ M. Fourneau Legi gussit. Quâ Lectâ, re in deliberationem missâ, audito Mer. Syndico, M. Guerin, missae sunt quatuor Nationes ad delibe=randum sigillitam /.

Ingressâ itaque in aulam suam Natione Gallicanâ, rem ab Amp. Rect. propositam judicio dictae Nationis subjecit Orn. Proc; misitque in deliberationem; circa quam audito aequus Censore, missis ad deliberandum singulis tribubus, relatisque earum per suos Decanos, Prodecanos ve sententiis, ut mentem suam unanimiter aperuit Natio. Sur ce qui a été representé &c

Aprés l'art. 12., au second à Lineâ, commençant par ces mots; Mais parce que lad. Nation . . . . . Vers la fin de cet alineâ, nous avons nommé les Colleges et mis ainsi: Et les autres quinze mil livres restantes de lad. somme seront emploiées conformem.t aux Lettres Pat. du 14 av. 1719, et partagés entre les Principaux et Professeurs tant actuels qu'Emerites des dix Colleges de plein exercice de lad. faculté des Arts et non d'autres, scavoir, des Col. d'harcourt, du Cardinal Le Moine, de Navarre, de Montaigu, du Plessis-Sorbonne, de Lizieux, de la Marche, des Grassins, de Mazarin et de Louis le Grand . . . .

C'est à ces conditions etroitement liées ensemble, que la nation donne le présent consentement, dont elles sont le motif et l'essence. Elle ose esperer de la justice et de la bonté du Roy, qu'elles ne seront pas séparées dans les Lettres patentes qui interviendront; et que S. M. voudra bien ordonner que, dans le cas, ou le Col. R. cesseroit un jour de faire partie du corps academique, et d'être soumis à sa Jurisdiction, la somme annuelle de 15000 tt, que lad. Nation lui attribue, par le présent consentement, rentrera dans la masse de la distribution ordinaire entre les Principaux et Professeurs tant actuels qu'Emerites des susd. Colleges de plein exercice de la faculté des arts et non d'autres /.

1773 Feb

Cent quatorze

Au surplus, le present acte de consentem.t ne pouvant être regardé que comme un simple projet, jusqu'au moment ou il sera muni du sceau de l'autorité Royale, et ou il aura une entiere execution, Lad. Nation de france n'entend pas, que jusqu'à cette Epoque, il puisse nuire ni préjudicier a sa deliberation du 4. du present mois, et aux significations faittes en consequence tant en Parlem.t qu'a la chambre des Comptes. Ita Concl. Ornat. Procurator. Signé Mouton, Hon.ae Nat. Censor/.

Conclusio fidelissimae Picardorum Nationis.

Anno dni 1773, die Mercurii decimâ mensis feb.ri, horâ decimâ matutinâ, habita sunt Comitia extra-ord.ria quatuor Nationum praeclarae Artium facultatis, in aedibus Academicis Col. Lud.i Magni; in quibus cum proposuisset Ampl. Rector coram omnib. ordinibus formulam consensûs à singulis ordinibus praestandi circa aggregationem Regii franciae Collegii ad universitatem; quinque Clar. in Supremâ Curiâ Parisiensi subscriptione comprobatam; ut pote, servandis Universitatis juribus, et cum eâ quae Regi Dilectissimo debetur obedientiâ conciliandis maximè accommodatam. Audito Mer. Lyndico, missisque in deliberationem Nationibus; fidelissima Natio in aulâ suâ congregata, Audito prius Aeq. Censore suo, praed. aggregationi Regii franciae Collegii ad Universitatem consensit in verba et conditiones ab Ampl. Rectore propositas, et quinque Patronorum in supremâ Curiâ Parisiensi subscriptione comprobatas; additâ tamen unâ clausulâ, quae sic habet. C'est à ces conditions etroitement liées ensemble, que la Nation donne le présent consentement, dont elles sont le motif et le fondement. Elle ose esperer de la Justice et de la bonté du Roy, qu'elles ne seront point séparées dans les Lettres-Pat. qui interviendront, et que S. M. voudra bien ordonner, que dans le cas, ou le Col. R. cesseroit un jour de faire partie du Corps Academique; La somme annuelle de 15000.tt que lad. Nation lui attribue par le present consentement rentreroit dans la masse de la distribution ord.re entre les Principaux et Prof. tant actuels qu'Emerites des dix Colleges de plein exercice. Insuper gratias agit ampl.o Rectori ob constans et indefessum in tuendis rebus Academicis studium; ejusque solitam prudentiam ac diligentiam invocavit, ut praed. conditiones omnes et integras in praed. aggregatione servari et auctoritate Regiâ sanciri curaret. Et ita à me Conclusum fuit. Signatum Binet. fid. ord. Procurator/

Conclusio Venerandae Normanorum Nationis

Extrait de la Conclusion de la Nation de Normandie du 10 fev. 1773.

La Nation de Normandie persiste dans les projets de conciliation par Elle présentés et mis sous les yeux de M. Le Premier Président, et dans ses oppositions; et en conseq.ce n'admet point le projet de consentement proposé par M. Le Rateur. Signé, Bergeron Proc. de la Nat. de Normandie/.

Conclusio Constantis.ae Germanorum Nationis/.

Constan.me Natio in privatum Comitium digressa de Agg.do cum Un.te Reg. fran. Collegio deliberatura, Aud. Aeq. Cens.e, Reg. dict. que Sent.ies, propositam consensûs formulam in omnibus libenter approbat; gratias agit Amp. Rect.i, caet.que Dep.is Acad.is; ob navatam in re maximi omnium momenti constantem ac fidelem operam, pariter que gratias agit Illust.o Senatus Principi,

Feb.

ob paternam benevolentiam quam in toto difficillimi negotii cursu testatus est Universitati; Et ita conclusi Ch. Oneill Proc. Cons. Nationis/

20 feb.

Fourneau

Anno dni 1773, die vigesima februarii, habita sunt in Col. Lud. Magni, Comitia Deputatorum praecl.ae Artium Facultatis; in quibus, ampl. Rector retulit formam consensus die 16. hujus mensis approbatam à Nationibus Gallicâ, Picardicâ, et Germanicâ, à se fuisse delatam ipsâ die ad Illustris. Senatûs Principem; missam ab ea ad Illus. Regni administrum DD. Ducum de La Vrilliere; hunc verò fidem fecisse, Consensum Universitatis esse Regi acceptum. Addidit Rector, conditiones aggregationis non arridere Professoribus Regiis; ideoque se ad Illus. Senatûs Principem vocatum esse, hac ipsâ die, auditurum propositio à Prof. Regiis: Itaque convocata esse Praesentia Comitia, in quibus deliberaretur quid facto opus esset. Audito Syndico, unanimiter dictum est 1º gratias esse agendas Proto-Praesidi, nomine praeclarae Artium facultatis, in ejus tutelâ ac benevolentiâ conquiescentes. 2º Perserandum esse in iis quae die decimâ hujus mensis deliberata sunt à Nationibus; propterea quod conditiones propositae sunt ejusmodi, sine quibus sincera ac liquida aggregatio stare nequeat. 3º Rogandum ampl. Rectorem, ut, quam hactenus adhibuit eâ rerum fidem ac diligentiam, eandem adhibere porrò pergat. Et ita conclusit amplissimus Rector/

Coter Rector.

27. feb.

Anno dni 1773, die vigesimâ septimâ februarii, habita sunt, in Col. Lud. Magni, Comitia Deputatorum praeclarae Artium Facultatis. Primùm retulit Rector de iis quae gessit. deinde dixit, Causam cum Regio Franciae Col. sine sumptibus non esse defensam; consultis non semel Jurisconsultos, ab iis que libellos memoriales confectos ac subscriptos; ipsius justum ac honestum ipsis honorarium esse de more persolvendum. Audito Syndico, Dictum est ex arcâ praeclarae Artium facultatis persolvendum esse honorarium consiliariis forensibus; tùm iis qui communi nomine consulti sunt; tum etiam aliis, quos suo nomine consuluit Normanica Natio; Utrumque verò aestimatum est ad summam circiter mille et octingentarum libellarum. Et ita conclusit ampl. Rector/.

Coter Rector.

6. Martii.

Anno dni 1773, die sextâ martii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Col. Lud. Magni. Primum adfuit M. Lud. Ladoucey, Jurium Decanus/

1º Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. M. Michael Theodorus Christophe, Diac. Parisinus; hieronymus Tonnellier, acolythus Senonensis; Petrus Achilles le Begue de Villiers, Presbyter Aurelianensis; Lud. Martin, Presbyter Senonensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis ritè confuto; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/.

2º Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3º auditâ relatione Orn. Galliae et Picardiae Procuratorum de vitâ, moribus et peritiâ M. Andreae Simonis-Henrici Genay, clerici Andegavensis; audito M. Hurtaut, agente; audito meritissimo Syndico: Placuit suum praefato

Cum quinze.

1773

Martii

plici postulatam concedi; ea lege, ut illi non expediantur litteræ Scholagogiæ, quin certam fixam quæ sidem habuerit, unde absentes constet Rectori commeatus ad Scholas academicas deducat./

4°. ad diem decimam nonam hujusce mensis indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes.

5°. Facta ex Statutis Quæstori id exequendi, quod olim à M. Desvignes, dum viveret, factitatum est, ne fieret ulla venditio domorum in dominio Universitatis sitarum, insciâ Universitate; scilicet, singulis trimestribus eos curatores interrogandi, qui publicis emptionum tabulis præfecti sunt, gallicè Le Bureau des Consignations/

6°. Quod ampl. Rector proposuerit Nationibus quibus constat prædictum Artium Facultas formulam consensûs à Patronis universitatis adornatam et subsignatam, graviter conquestus sit, suorum ordinum nomine, Sap. Theologiæ et Medicinæ Decani; sententias quæ suarum ordinum traddecimas in Commentarios universitatis referendas. Gratuitas esse et insuas Matriculas quæ Facultatis expostulationes reponsit ampl. Rector; atque inhibuit à se communicatum cum Procuratoribus, quod pariter cum Decanis non fuerit communicatum. Nihilominùs tamen annuit, ut modo dictæ expostulationes in Commentariis describerentur/.

7°. Stetit se coram Tribunali Academico Joannes Thomas Amatus Boisgard, Presb. Bajocensis, Bac. Theol. et Col. Gervasiani Boursiarius; adinque querelam instituit de injuriâ, ut sibi videtur, illatâ, à Primario et Examinatoribus Collegii Ludovici Magni, ex deliberatione ab ipsis adversus se factâ, quam in Commentarios dicti Collegii retulerunt. Audito Syndico, Placuit ei ejus potestatem M. Boisgard, Libellum Supplicem offerendi, et Lege agendi/

Et ita ab ampl. Rectore conclusum est./

Collet Rector

Conclusio Sacræ Facultatis./

In Comitiis generalibus habitis die primâ Martii 1773, post relationem factam à D. M. N. Louvel, Antiquiore deputatorum, pro Negotio Universitatis, sic Concluserit Sacer ordo./

1°. declarat vehementer à se improbari, quod gravissimum de Aggregatione Collegii Regii Negotium ab ampl. Rectore tractatum fuerit à die 2ª Junii, inconsulto Sacro Ordine; cum cautum fuerit, ne id fieret Statuto XXI. Appendicis, cujus is est tenor: De rebus ad Academiam pertinentibus Rector nihil Statuet, inconsultis Facultatum superiorum Decanis: Si quid secùs fiat, id irritum habeatur. Jdeo Sacra Facultas irritum habet, quidquid Rectoris autem fiet, aut deinceps agi potest, ipsâ inconsultâ, circa dictum Collegium; et adversùs ea omnia quæ acta sunt protestatur, suasque protestationes actum postulat./

2°. Spondet D. J. Le Pro virili parte operam laturam ut Sorori suæ præclaræ, Artium Facultati; ut autem illeud præstet efficacius, rogat singulos Nationes ut suas ea de re deliberationes libellos que memoriales ab ipsis confectos velint una Sacro Ordine communicare/

3°. Rogat D. D. Syndicum ut votum Sacræ Fac. deferat ad proximam Comitia Tribunalis Academici. Signatum De Bar Scriba./

Martii

Conclusio Saluberrimæ Facultatis

Die Sabbati 6ª. mensis Februarii, an. 1773, convocati fuere Doctores omnes in Scholas Superiores, Cl. Deputatos, de negotio sibi commisso ad res Academicas spectante, referentes auditari, et postea deliberaturi.

His in Comitiis dixere Deputati Clar.: post peractum sedulò negotium sibi commissum, et discussum assiduè prospectum co-optationis Col. Regii ab Amp. Rectore propositam; sibi visum fuisse, rejiciendam esse omnimodam aggregationem, co-optationem, vel etiam adoptionem dicti Collegii; sedulam co-optationem istam Juribus, Privilegiis, nec non antiquis Academiæ Parisiensis Legibus prorsùs adversari; Facultatum Superiorum et Ordinis præcipuè Salubr. jura gravitèr lædere. Quibus auditis, collectis que sententiis, unanimi consensu decrevit Salubr. Facultas.

1º. rejiciendum esse prospectam co-optationis ab Amp. Rectore propositam; neq; admittendam esse ullam aggregationem, co-optationem, vel adoptionem Col. Regii in Academiam Parisiensem; sive quamlibet cum illo affinitatem. Itaque protestatur Salub. ordo adversùs omnia quæ gesta fuere, vel in posterum agentur, inconsulta Facultate.

2º. Querendum esse vehementèr à Decano, quòd Rect. Ampl., aut Præc. Facult. Artium, inscia Facultatibus Superioribus, gravissimum negotium tractaverit, tàm præcipuè cùm de communicandis Academ. juribus ac privilegiis agatur; totis que viribus contendendum adversùs ea quæ privatæ Salubr. Facultatis juribus adversarentur.

3º. Præsentem denique protestationem Merit. Syndico deferendam esse à Decano, ut in commentariis Academiæ conscribatur; et in Magnis Academiæ Comitiis, occasione supplicationis publicæ jam jam habendis, ea tantùm rata et grata ab Ordine Salubr. per Decanum esse dicenda, quæ gesta Ampl. Rector de Consilio Decanorum; improbanda verò quæcumque inscio vel inconsulto Salubr. Fac. Decano facta fuerunt. Et sic Superioribus Conclusi. Signatum. Lud. Rob. Le Prieultes, Decanus. Fournelle

9. Martii. Cæterùm die, 9 Martii, quæ fuit feria tertia secundæ hebdomadæ Quadragesimalis, horâ Systimâ Matutinâ, habita jam, pro more antiquo, Comitia Universitatis, ad agendum Rotulum, in Col. Lud. Magni.

1º. Audito ac requirente M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit antiquas Academiæ nostræ servari; ac consequenter Nominationum rotulum in hunc annum aperiri.

2º. Quòd M. Paulus Stamelin, Universitatis Bibliothecarius, in Collegio Plessiensi, gessa Regii, gerit vices Primarii; quòd que Hodierni Comitiis præsens non defuisset, rationes accepti et expensi ad Bibliothecam pro duobus superioribus annis redditarus; audito Syndico, Placuit, dictas rationes reservari in annum proximum.

3º. Quòd dixit M. Le Bel, Quæstor, Latam esse anno 1765. à Prætore Civili sententiam, ut terminis Dominio Academiæ circumponerentur, illos verò ante positos non fuisse, aut amplius non extare: Præterea singulos domos dicti Dominii Censualibus obventionibus obnoxias Litteris Academicis insignitas non esse; Placuit rem permitti diligentiæ integ. Quæstoris.

4º. Quòd dictum est graduatos Avenionenses ad sibi juris arrogare, ut Beneficia Ecclesiastica in vim suarum requirant, in Diœcesi Mimatensi, adeòque in tota passim Galliâ; Placuit eâ de re Consuli J. C. M. Mey.

Hâc conclusit Amplissimus Rector. Cotter Rector.

1773. Martio

Cent Seize Sept

Anno dni 1773, die decimo nono Martii, habita sunt, in Collegio Lud. Mag., Comitia Universitatis Centuriata, ad Sacras Supplicationes. 19. Martii.

Primum in aulâ Tribunalis Academici concessum est, ubi supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Josephus-Joachimus Ruet, Presb. ambianensis; et hieronymus Claudius Gandolphe, Diaconus Parisinus; de quibus cum retulisset Mer. Syndicus, in eorum instrumentis nihil desiderari, suum utrique postulatum concessum est./

Ibidem Sacramentum praestitit Carolus Lalourcey, clericus Lingonensis, ab Academico Tribunali die 5. decembris 1772, admissus, missusque est in possessionem unius Capellaniae de Thesauro Regio, per traditionem Libri, ut moris est./

Ibidem Sacramentum pariter praestitere praesentati à M. Simeone Prospero Hardy, uno ex adjunctis rei librariae, Ludovicus-Alexander Jombert; Jacobus Esprit; et Petrus-Michael Nyon, novi Librarii./

Ibidem Supplicavit Vir honestus Ludovicus-Antonius Boivin Scriptor Academicus, ut Petrus Antonius Boivin, filius, vicariam Patri praestet operam, cum spe futurae Successionis. Audito Syndico, Dictum est annuendum supplicationi; non expediri tamen Litteras, antequam Pater decesserit vel abdicaverit puré ac simpliciter./

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab Ampl. Rectore Orationem Ordines Academici rata et grata habuere quae gesset Rector in suo Trimestri Magistratu, eique Litteras decrevere; at Sap.ᵒ Theologiae et Medicinae Decani, suarum facultatum nomine, improbaverunt quae gesta sunt circa aggregationem Collegii Regii Franciae. Praeterea, omnes amplum comitatum polliciti sunt ad aedes Deo Sacras sub invocatione S. Nicolai è carducto./

Pontificem egit M. Hylaire, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus Ecclesiae Pastor. Orationem habuit ad Populum M. Besniere, itidem Doctor Theologus et Socius Sorbonicus: Eucharisticam ad Pontificem M. Dair, Grammaticae Professor in Mazarinaeo./

Coll. Rector

Anno dni 1773, die vigesimâ quartâ Martii, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium Facultatis, in Col. Ludovici-Magni./ 24. Martii

Post habitam ab Ampl. Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi; Michael Franciscus Rolland, Americanus, ob spirandi difficultatem, testante M. Belleteste, Doctore medico Parisiensi; Joannes-Maria Arrighi de Casâ-novâ, Alexiensis in Corsicâ, propter nostram Latiné pronuntiandi rationem à Corsorum ratione planè dissonantem; testante M. Le Grand, Philosophiae Professore in Lexovaeo; Michael Maginn, clericus Fermensis in Hiberniâ, et Guillelmus Crawford, clericus Limericensis, in eâdem Hiberniâ, ob pectoris infirmitatem infirmitatem, quam pro utroque testatur M. Mac-mahon, Doctor Medicus Parisiensis; pro reformandis Nominibus; Claudius-Carolus de Turmenyes, quod Scripserit Turmeny; et Frixius La Caze, Tarbensis, quod Loco Frixii, Scripserit Franciscus: Sebastianus

Rolland,

Arrighy de casa novâ

Crawford

Maginn.

Turmeny,

La caze

Martio

Sibire féval. Andreas Sibire, Presb. Parisinus, ut ne sibi noceat, quod codices Philosophiae amiserit; Franciscus-Ludovicus Feval, ut ~~[illegible]~~ annuae Remensis sibi pro sex mensibus imputetur: Petrus-Nicolaus Le Fevre, Presb. Constantiensis, ut omissum in uno Catalogorum nomen restituatur: gravissimum mortuum testante M. Langlois, Doctore Medico-Parisiensi./

Audito de supplicibus Syndico, Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent, de Confirmatione Quatuor-Virorum, et ratihabitione eorum quae gessit./

Regressae Nationes per singulos Procuratores retulerunt, à se indulgeri supplicibus: grata et rata haberi quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, et Litteras Commendatitias decernit; addidit Veneranda Natio, quae gessit Consulto Venerando ordine: demum confirmari Quatuor-Viros mane electos, in honorandâ M. Desmales, humanitatis Professorem in Collegio Ludovici-Magni; in fidelissimâ, M. Turquet, Philosophiae Professorem Emeritum; in Venerandâ, M. Bergeron, exprocuratorem; in Germanicâ, M. Virum Procuratorium./

Quatuorviri, praestito Sacramento, conclave subierunt, unde digressi per M. Desmales retulerunt prorogatos à se fuisse fasces, Vi Amplissimo DD. Francisco-Mariae Coger, Rectori. Quae Prorogatio ab omnibus Statim nationibus Laudata et approbata fuit./

Et ita ab ampl. Rectore conclusum est.

Coger Rector.

22. Mart. Anno Dni 1753, die vigesimâ secundâ martii, habita sunt, extraordinem, in Col. Lud. Magni, Comitia Deputatorum Universitatis./

Primum retulit ampl. Rector de iis quae gessit, tum in negotio Bituricensium, circa immunitatem ab onere operum publicorum plebeis imposito, galicè La Corvée; tum in negotio M. Paillard, Professoris Theologiae in Regiâ Navarrâ; audito que Syndico, Placuit Rectorem et Syndicum rogari, ut solitam in utroque negotio diligentiam adhibere pergant./

Deinde dixit ampl. Rector se accepisse ab Illus. Procuratore Catholico, missas fuisse ad Senatum Litteras patentes circa cooptationem Collegii Regii in gremium Universitatis. Audito super eâ re M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, placuit, ex tempore adiri Magistratus, in quorum manibus depositae sunt dictae Litterae; deinde, singulos ordines academicos quam primum fieri poterit convocari; demum, die veneris proximâ haberi Comitia./

Et ita conclusit ampl. Rector./

Coger Rector.

Ex tempore, processum est ad aedes tum Proto-praesidis, tum Procuratoris Catholici; at verò uterque aberat./ Reditum est ad Protopraesidem, qui dixit, poenes se non esse, ut Litteras communicaret./

23. Martii./ Die vigesimâ tertiâ, Itum est ad Regiorum Virorum Septum; atque Postulatum ab Illust. Procuratore Catholico, ut praed. Litteras patentes cum Universitate communicaret. Respondit sibi pro munere suo non licere cuiquam communicare Litteras, ante Senatum; ut pote proprio motu a Rege datas, et jussu Regio inscribendas./ Fourneau

Cent dix Sept.

1773. Martio — Aprili —

Anno dni 1773, die Veneris vigesimâ Sextâ Martii, habita sunt extra-ordria Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Lud. Magni. /. Primum ad fuit M. Nic. Louvel, novus Normaniæ Procurator/. 26. Mart.

Primum dixit Ampl. Rector Litteras Patentes à Rege datas ad aggregationem Collegii Regii fuisse matutinis horis relatas in tabulas Supremi Senatus. Audito Syndico, Rogatis Sententiis, Placuit Deputatorum Comitia convocari, ubi primum certa dictarum Litterarum aderit Cognitio. Et ita conclusit Ampl. Rector/.

Coger Rector.

Jisdem in Comitiis Sap. Medicinæ Decanus, Decretum sui ordinis legit adversùs Litteras Patentes ad aggregationem Collegii Regii datas, innuo adversùs Rectorem et præclaram artium facultatem; illud verò mihi etiam requirenti ut traderetur, non tradidit in manus/

Fourneau

Anno dni 1773, die trigesimâ Martii, habita sunt extra-ordinem, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Universitatis/. 30. Martii

Dixit Ampl. Rector convocata esse à se Comitia, in quibus Litteræ Patentes in favorem Regii Franciæ Collegii datæ Versaliis die 16a. Maii 1772, et in Senatus tabulas relatæ, die 26. Martii præsentis, Legerentur, et in Commentariis Universitatis conscriberentur. Tum jussit eas à me Scribâ recitari. Lectas Litteras, pro suo munere, requisivit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, in Commentarios universitatis referri. Rogatis Sententiis, Dictum est, quoniam res est gravioris momenti, ordines academicos, juxtà Statuta, esse consulendos; eorumque Sententias ad proximum Tribunal esse referendas/. Et ita ab Amplissimo Rectore conclusum est/.

Coger Rector.

Anno dni 1773., die tertiâ aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis. Primum ad fuit M. Sebastianus Le Loup, novus Germaniæ Procurator. 3. Aprilis.

1º Nullus accessit Supplex pro Litteris Nominationis/

2º Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta/.

3º Lecta et approbata est Tabula Virorum Academicorum, qui Tributum viritim impositum, gallicè La Capitation, apud urbis basilicam solvere tenentur singulis annis/

4º Quod M. Hyacinthus-amatus Boisard, Collegii Gervasiani Bursarius, Amplissimo Rectori libellum supplicem obtulit, quo sibi fieret potestas ad forum academicum vocandi M. Joannem-Baptistam Poignard, Primarium Collegii Ludovici-Magni, cui Gervasianum unitum est; quodque amplo Rectori visum est, de illo libello ad Tribunal referri. — Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit ampliari, et

Aprili

interim institui causæ quæsitores, Sapientissimos Theologiæ et Jurium Decanos, qui deliberationis illius de quâ conqueritur præfatus Boyard causas diligenter inspiciant, partiumque quærelas accuraté expendant, videant, sincerè fuerit, Collegii Ludovicæi Examinatores et Superiores, ac deinde ad proxima Comitia referant./.

5.° de Litteris Patentibus ad Aggregationem Collegii Regii spectantibus, auditæ sunt singulorum Ordinum Academicorum sententiæ. Quibus auditis, audito que syndico iterum requirentur et dictæ Litteræ conscriberentur in Commentariis Universitatis: Placuit, 1.° dictas Litteras inscribi in commentariis. 2.° singulis Ordinibus dari actus quos petunt, aliis clausularum et exceptionum, aliis expostulationum et intercessionum. 3.° singulorum ordinum sententias de verbo ad verbum in commentarios referri.

Et ita ab ampl.° Rectore conclusum est./.

Coser Rector.

Lettres-Patentes du Roy.

données a versailles le 16. may 1772.

Registrées en Parlement le 26. Mars 1773.

Deinde lectus est libellus supplex amp. Rectori oblatus à M. Petro de la Genais, Doctore aggregato ad secundum ordinem, postulante sibi fieri potestatem ad forum Academicum vocandi M. Audouin, Magistrum Cardinalitii Magistrum, negligentem nominandi ad Cathedram quarti ordinis in suo Collegio, vacantem per decessionem M. Seigneur, tribus abhinc annis docendi munere minimè obeuntis, et possessoris pacifici ab anno anno et amplius Canonicatûs in hac urbe, et obtemperandi denuntiationi sibi per actuarios publicos hanc in rem factae. Audito Syndico, placuit annuî postulationi supplicis.

Maio

Inde processum est ad aedes Illustr. Franciae Cancellarii; ibique Rector exposuit primum Causam M. Addet, Doctoris Medici Parisiensis, quam Vir Illust. ad aerarii praefectum rejecit: deinde, Causam M. Poignard, Primarii Ludovicaei, cum M. Boizard, Bursario Gervasiano, quam idem Tribunali academico judicandam reliquit, Regiam autoritatem, si necesse est, pollicitus. Demum nuntiavit, per obitum M. Gillet, vacare unum ex officiis Patronorum Universitatis; ad quod Illust. Cancellarius commendavit V. C. M. de la Goutte, rerum forensium peritiâ notissimum.

Fourneau

15. Maii. Anno dni 1773, die sabbati decimâ quintâ Maii, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis, in Collegio Lud. Magni.

1°. Appellatâ Causâ Cardinalitiâ; Comparuit M. Couanier de la Genais, actor; M. verò Bauduin, Magnus Cardinalitii Magister, non comparuit. Cum autem hic libellum supplicem excusationis mihi scribae tradidisset in manus; Lectus est ille libellus, praesente M. Coüanier de la Genais: Lecto libello, audito M. Couanier de la Genais, postulante, ut libellus supplex à M. Bauduin porrectus secum communicaretur, auditoque M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico, placuit ampliari; libellum supplicem M. Bauduin cum M. Coüanier de la Genais communicari; causam ad Tribunal die veneris vigesimâ primâ hujusce mensis habendum remitti; atque ad requisitionem Syndici, vocari, secundum juris formulas, per unum ex appositoribus Universitatis, Mgrum Bauduin, Magnum Cardinalitii Magistrum, M. Seigneur, Cathedrae quarti ordinis ibidem Professorum; et M. de la Genais, actorem.

2°. Quod Comparuit M. Boizard, Presbyter Bajocensis, Gervasiani Bursarius, ac dixit, vocatos à se fuisse ad forum academicum M. Poignard Collegii Ludovicaei Primarium, nec non ejusdem Collegii Examinatores MM. Lallemand, Turquet et Mazeas; denuntiatumque in id fuisse vadimonium per accensum publicum die sextâ hujusce mensis Maii, in adversarum rationum tabulas ritè delatum; quodque interrogatus, utrum, juxtà id quod statutum fuerat in Comitiis posterioribus Tribunalis Academici, die octavâ ejusdem mensis habitis, partes vocaverit ad hodiernum Tribunal in id extra-ordinem indictum, respondit, se non vocavisse ex concessione sibi dictis in Comitiis factâ; cum arbitraretur nullâ se Ampl. Rectoris veniâ in id indigere; sed sibi sufficere vadimonium à se, pro jure suo, dictâ die sextâ jam denuntiatum; Viso dicto vadimonio; audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Dictum est, nihil de praesenti lite à Tribunali academico statuendum esse, donec praef. Boizard, juxtà mentem conclusionis latae die 8a hujus mensis, ad alia ejusdem Tribunalis Academici Comitia ritè partes vocaverit; servato interim Meret. Syndico jure, id omne deinceps hac in causâ requirendi, pro re academicâ, quod aequi bonique sibi visum fuerit.

3°. Quod comparuit M. Pauvellier, Presb. Bellovacensis, Bac. Theol. et Choletaei Bursarius, ac dixit, secundum juris formulas, vocatos à se fuisse ad hodiernum Tribunal, M. Poignard, Collegii Ludovicaei Primarium,

1773 Maio

Cens Vingt et Six

nemnon quarundem Collegii Examinatorum MM. d'Allemand, Cuquet, et Mayeb; per vadimonium diei undecimæ hujus mensis ipsis denuntiatum, dein adversarium rationum Tabulas illi delatum; idemque postulavit, ut cum partes non convenirent, sibi daretur actus desert ab illis vadimonii; quodque interrogatus, cur, integrum daret vadimonium, libellum supplicem ampl.mo Rectori non obtulisset, pro more Academico, cum mer.di Syndico communicandum, ad impetrandam veniam vocandi dictos Primarium et Examinatores ad forum Academicum, et cum iis lege agendi; respondit, se non obtulisse, quod arbitraretur nullâ Ill.mi Rectoris venia in id indigere, sed sibi liberam esse potestatem vocandi partes suas ad forum Academicum, et cum iis lege agendi; etiam non impetratâ ejusmodi licentiâ; audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Placuit servari antiquos Universitatis usus, ut nullis Universitatis alumnis et scholaribus liberum sit Collegiorum Academicorum superiores ad forum Academicum vocandi, et cum iis lege agendi, quin prius libellum supplicem ampl.o Rectori porrexerint, cum mer.o Syndico communicandum, ad impetrandam dictam veniam; adeóque nullam habeat rationem postulationis à M. Paucellier factæ, donec consuetudini Academicæ obtemperaverit.

4o Augusti V. C. M. Bordé de Charmois, iterumque petiit, ut Ministeriales quem, anno proximè elapso, accessionem ad suam causam dederit, eandem velit prosequi; dixitque, proximis in Comitiis unam fuisse cunctandi rationem, quòd nesciretur, an ipse jam instituisset jurisdictionis intercessionem apud Supr. Regis Consistorium: se verò fidem fecisse, intercessionem factam, ante unum mensem, institutam esse, procurante V. C. M. Mariette. Ea digesta, audito Syndico, Placuit, ad proximum Comitia die veneris 21a hujus mensis habenda invitari M. Drouin, Universitatis Consiliarium forensem, apud Supremum Regis Consistorium.

Ita actum Concluserat ampl. Rector.

Collier Rector.

Anno dñi 1773, die veneris vigesimâ primâ maii, habita fuit, in Collegio Lud. Magni, Comitia Deputatorum Universitatis. 21. Maii

1o Appellata est Causa Cardinalitia; et statim comparuerunt, Vocati ad forum Academicum à M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Rite M. Cousinet de la Genais, Doctor aggregatus ad secundum ordinem; inde, MM. Daudin, Doctor Theologus, Magnus Cardinalitii Magister ac Primarius, et Seigneux quarti ordinis in eodem Collegio Professor, defensores.

Primùm exposuit M. de la Genais, cùm tribus abhinc annis M. Seigneux docendi munus non obiisset, atque ante unum annum missus esset in possessionem Canonicatûs in Ecclesiâ Collegiatâ S. Opportunæ Parisiensis, Cathedram ejus sibi visam fuisse vacantem per desertionem, deindè, visum sibi quoque fuisse, Nominationem prorogationis, in favorem unius è Junioribus aggregatis, reclamante antiquiorum jure, Consultor

a se Juris-peritos, atque se ex eorum Consilio, per actuarios, honoris Causâ, à M. Bauduin, requisivisse, ut sibi capaci et idoneo conferret dictam cathedram, per desertionem M.ri Seigneur, ut dictum est, vacantem; ab illo verò se passum esse repulsam: Nunc se ad auctoritatem Tribunalis Academici confugere, ac postulare, ut ne patiatur Legibus Academicæ et juribus aggregatorum per fraudem illudi: Decernat verò, cathedram quarti ordinis esse vacantem per desertionem M. Seigneur, tribus abhinc annis munus docendi minimè obeuntis; atque ante unum annum missi in possessionem Canonicatûs, cui deservit; deinde M. Bauduin, quod vacantis illius Cathedræ nominationem per fraudem procrastinaverit, suo nominandi jure excidisse pro hac vice; Denique sibi Negligentiam M. Bauduin ac fraudem renuntianti, capaci, idoneo ac requirenti dictam cathedram adscribi à Tribunali Academico, jure devoluto./.

Posteà auditus est M. Seigneur, qui dixit, desertam à se non fuisse Cathedram, seu cum vicariâ ope usus est, seu cum missus fuit in possessionem Canonicatûs. Quod primum est, Vicaria se aggregatorum ope usum esse, non quod officium suum sibi factum esset neglectui; (quam accusationem à se avertere debuisset ante actæ vitæ diligentia, accuratissimaque decem annorum absque vel levissimâ incuriæ suspicione completorum sedulitas); sed quod longo nimis ac pertinaci morbo correptus (scorbutum vocant) jubentibus Medicis, pro primo dolorum levamento publicarum Lectionum cessationem adhibere coactus fuisset. Quod si accusator sibi affirmanti nollet credere, at saltem crederet medicis testantibus, nec non certissimis istius morbi indiciis, ita contumacis, ut quamvis validissimis remediis oppugnatus nondum tamen plane cesserit; Nunc autem gravissimum ejusmodi morbum, Professoribus, ac præsertim illis, quibus Cathedra unicum est tenuioris vitæ subsidium excusationem esse sonticam, cur docendi munus nec obeant, nec deponant, sed vicariâ ope utantur. Quod alterum est, Legibus ac consuetudinibus academicis receptum esse, ut ne quis Academicus Professor jure docendi excidat, ob delatum ad se in hac urbe Canonicatum. Consuleret hac de re M. de la Genais Edictum Ludovici XV. anno 1722, quo Universitatis privilegia renovantur ac confirmantur; nec non Catalogos Canonicorum in Ecclesiis SS. Marcelli, Benedicti, Stephani egressibus. His dictis petiit ut M. Couvenier de La Genais ab actione suâ depelleretur./.

Tum auditus est M. Bauduin, qui dixit, quod non stiterit se præsentem postremis in Comitiis, id à se factum non esse, ut declinaret forum academicum, cui se obnoxium esse et semper fore palam professus est; ad defensionem scripto consignatam se præstulisse, quod illa his duobus contineretur, M. de La Genais hac in causâ non esse Legitimum actorem; neque se pariter esse Legitimum defensorem. Quod primum est, nullam esse aggregatis auctoritatem sive inquirendi causas cur Professores vicariâ eorum operâ utantur; sive eorum Cathedras, jure devoluto, sibi requirendi; sed tantum vices

Cent Vingt Sept.

1773. Maio

Professorum absentium supplendi, atque ab id stipendia exigendi. Quod secundum est, si quid tamen juris aggregatis competeret, illud non fore disceptandum cum Gymnasiarchis, sed cum Professoribus Cathedrarum desertoribus. Postremo petulare de, quod dato libello supplici postremis in Comitiis scholarum M. de la Genais ab actione sua depellis.

Auditis partibus; M. franc. Hic. Guerin, Syndicus, seu Procurator generalis, primum partium postulationes ac rationes summâ fide retulit, ac dixit deinde: In omni controversiâ, præsertim si sit generis contentiosi, attendendum non minùs ad formam quàm ad ipsam rem.

M. Petrum Aud. Eustachium de la Genais, in præsenti causâ se sistere actorem, tam adversùs M. Baudouin, Magnum Cardinalitii Magistrum, tam adversùs M. Seigneux, quarti ordinis ibidem professorem; eâ de causâ, quod cum hic per plures annos vicariâ aggregatorum operâ usus esset, et mihi esset in possessione annuo ab anno canonicatûs S. Opportunæ Parisiensis, illos unum ex aggregatis, immo ipsum M. de la Genais requirentem ac postulantem non sufficerit in locum dicti M. Seigneux. Nunc verò, aliamve à Rege datam non fuisse actionem Doctoribus aggregatis in Professores, qui docendi munus non obtinent, quàm vices eorum supplendi, et ob id stipendia exigendi; nullam verò in Gymnasiarchas, quibus servata est, seu ipsas aggregationis leges, plena ac libera facultas inter aggregatos seligendi, quem judicaverint dignissimum, ad occupandam Cathedram, quocumque modo illa vacaverit; igitur male illos actionem sibi videri in illum quæ actionem à M. de la Genais.

Jam, quod res est, Cathedram quarti ordinis in Cardinalitiis, quamvis per tres annos fuerit ab Aggregatis Doctoribus occupata, non continuò fuisse desertam: nimirum, Morbum gravem, Professoribus, cur non ipsi docerent, sed vicariâ operâ uterentur, esse legitimam causam, ex ipsis aggregationis legibus disertè approbatam. Illi autem M. Seigneux hic et nunc mediocrium testimonia non probasse, quibus constet illum tribus abhinc annis morbo laboravisse; nihilominùs tamen ipsi fidem deberi, Professori academico, viro ipsi ac bono, coram Judicibus sanctè affirmanti; mediocrium que testimonia allaturum se affirmanti. Quod alterum est, ex legibus academicis, et exemplis nuperrimis MM. Germain, Cassaret, dicentium, Medicos de Cathedram academicam cum Canonicatus in urbe Parisiensi non esse insociabiles. Ex quibus Concludit Syndicus, M. Eustachium de la Genais ab actione sua in MM. Baudouin et Seigneux esse submovendum.

Auditis singulis partibus; audito Syndico, rogatis dictisque sententiis, Placuit M. Petrum Eustachium Eustachium de la Genais ab actione instituta adversus MM. Baudouin et Seigneux demitti

Maii

2°. Accessit V. C. M. Addet, ac dixit, à publicanis novas se in dies experiri molestias. Placuit, crastinâ die, adiri Illus. aerarii Regii praefectum /.

3°. Comitiis adfuit, ab ampl. Rectore vocatus, V. C. M. Drou, apud Regis Consistorium Universitatis Patronus; qui cum dixisset causam M. Borde de Charmois, non ita sibi esse compertam, ut certum de ea consilium dare posset; Placuit rem mitti ad proxima Comitia. Et ita ab ampl. Rectore conclusum est /.

Coger Rector.

22. Maii

Anno Dni 1773. die vigesimâ secundâ Maii, habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum Univ.tis, in Col. Lud. Magni /.

Ad hoc Comitia accessit D. Marchio de Dreux, Magnus Rituum Mag.r, funebri habitu, Comitantibus fecialibus Regiis, ac gratis praeconibus. Qui quidem Marchio cum in sedili Brachiato, in id parato, consedisset, pauca verba aperto capite praefatus regias Litteras protulit, quas ab ejus manu acceptas Scriba Universitatis tradidit amplissimo Rectori. ampl. Rector, lectâ prius inscriptione, eas statim Scribae resignatas reddidit ut legeret, sequitur illarum tenor.

De par le Roy.

Très chers et bien amés, ayant resolu de faire celebrer un service solemnel en l'Eglise Metropolitaine de notre bonne ville de Paris, pour le repos de l'ame de feu notre frere et oncle le Roy de Sardaigne. Et comme nous desirons que cette cérémonie se faste avec toute la decence convenable, nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé, au jour et à l'heure que ~~vous dira~~ le grand maître ou maître des Cérémonies vous dira de nostre part. Si n'y faites faute, car tel est nostre plaisir. donné a Versailles le 9. May 1773. Signé Louis; et plus bas Phelippeaux.

Tum Magnus Rituum Magister innuit Praeconibus, quorum antiquior altâ voce dixit, Jurés-Criaurs, faites vos charges. Illi continuò Campanulas, semel, iterum, ac tertio magno strepitu pulsarunt. Tum primus ille praeco, lugubri ac lentissimâ voce, Nobles et scientifiques personnes, Priés Dieu pour l'ame de très haut et très puissant Prince Charles Emmanuel III. Roy de Sardaigne. Et statim eadem verba iteravit, omissis vocabulis nobles &c. Praecones, ut prius, Campanulas pulsarunt. Tum addidit idem Praeco, pour l'ame duquel l'on dira ~~mardi~~ 24. du present mois à trois heures de relevée vespres et vigiles des morts, et le lendemain sera celebré son service solemnel /.

Digresso Magno Rituum Magistro, amplissimus Rector, comitantibus sapientissimis Decanis, orn. Procuratoribus, officiariis Universitatis et M. Addet, Doctore Medico parisiensi, processit ad aedes Illus. rei aerariae Praefecti: Ibique pro causâ M. Addet peroravit. Respondit Vir Illust. se rem pro dignitate academicae eâ, quâ par est diligentiâ expensurum /

Fourneau
un. Pr.

25. Maii

Anno Dni 1773, die Martis vigesimâ quintâ Maii, horâ sesquinonâ matutinâ, in Scholis Medicorum congregati fuerunt amplissimus Rector et Deputati Universitatis ordinarii, cum suis adjunctis, officiarii Majores, et omnes Apparitores. Inde, post leve gentaculum, sumptis solemnioribus Togis, ad Basilicam B. Mariae processerunt. Ibi à Magno Rituum

Cent vingt-huit

1773 Maio

Campanulas pulsantibus Juralis Procuribus, exempti sunt, et ab eo deducti in sedes Universitati assignatas, nimirum, in dextrâ chori parte, secundum Curiam Parlamenti. Celebratum est solemne sacrum ab Illustrissimo Archi-Episcopo Parisiensi; funebrem orationem habuit, Illustrissimus Lingonensis Episcopus D.D. de la Luzerne. Cætera pro more soleto peracta sunt, neque quicquam accidit nobis novi, nisi quod, pernoctato sacro, reduces nos in scholas Mediciorum Abbas amplissimus excepit lautissimum prandium sumptibus R. C. M. de Theuillier, Decani, apparatum.

Fourneau
ap. Rect.

Anno Dni 1773, Die vigesimâ quintâ maii, congregata est præclara artium Facultas, in Collegio Ludovici-Magni, ad claudendum Concursum.

Postquàm Solemne Sacrum, solito ritu peractum est, cantatus que hymnus Eucharisticus Te Deum, itum est in Comitium, ubi orationem Latinam habuit M. Gueroult, major, Doctor aggregatus ad secundum ordinem: Carmen verò Latinè reddidit M. Geoffroy, Dolus aggregatus ad eundem ordinem.

Posteà lecta est Tabula Doctorum in artibus aggregatorum pro anno præsenti 1773, hoc ordine.

Ad Primum ordinem.

M. Josephus de Serieux, Diœc. Lemovicensis, Bac. Theol. Sorbon.
M. Claudius Maire, Subdiaconus ambianensis

Ad Secundum ordinem.

M. Malbar. Carolus de Cousy, clericus Parisinus.
M. Franciscus Blouyn Nivernus.

Demum Sacramentum præstitere inter amplissimi Rectoris Manus tres è Regiis Professoribus MM. Beyaulx, Postel, et Le Mal de Mondon. Et sic soluta sunt Comitia.

Fourneau
ap. Rect.

Anno Dni 1773, Die vigesimâ octavâ mensis maii, habita sunt, in 28 Maii.
Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum præclaræ Artium Facultatis, Quibus in Comitiis M. Turquet vices gessit Procuratoris Picardiæ.

Dixit M. Le Bel, Quæstor, hanc esse præsentem statum donorum cholcteorum, quæ Rex Optimus præclaræ artium Facultati donavit, ut iniis occurrant reparationi imminenti necessitati, quarum descriptionem et æstimationem ab Universitatis Architecto fieri curavit, eamque postulare se, ut architectus audiatur.

Cùm Comitium ingressus est M. Le Carpus de Mezieres, eique præsedit Scriba legit singulos prædictæ descriptionis et æstimationis articulos, quos architectus notis illustravit.

Le Digresto, reque in deliberationem missâ, Unus ex antiquioribus Venerandæ Nationis exposuit, rem Cholcteam jam non esse in eodem statu quò prius; Dominium ejus ad præclaram artium Facultatem Regiâ liberalitate transisse, reditus verò donorum esse adscriptos stipendiis Gymnasiarchorum et Professorum. Itaque, de propositio-

Reparationibus priusquam deliberaretur, videndum utrum administratio rei choletaeae esset penes praesens Tribunal praeclarae artium facultatis, an penes solos Gymnasiarchas et Professores, quibus reditus adscripti sunt./

Audito super eâ re Syndico, Rogatis dictisque sententiis Placuit, singulas quatuor nationes de administratione domorum Choletaearum consuli, earumque sententias proximè referri; interim, verò reparationes quae sunt imminentis necessitatis fieri, illas praesertim quas Curator Viarius denuntiavit.

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est/

Coger Rector.

5. Junii Anno dñi 1773, die quintâ Junii, habita sum, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis./

1°. Supplicarunt pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes-Baptista Dumouchel, Presbyter Rothomagensis, Gabriel Paulus Daudé du Monteil, Diaconus Lugdunensis; Joannes-Petrus Bourgarieu de La terrere, Diaconus Aduriensis; Petrus-Jacobus Clogençon, Presb. Cenomanensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constet Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confutum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua praef. supplicibus postulata concedi./

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta; cum quibus Lectae sunt Litterae Testimoniales V. C. M. Bouvard, Doctoris Medici Parisiensis, et M. Bellet, quibus constat M. Seigneur, Professorem quarti ordinis in Cardinalitio, tribus ab hinc annis Scorbuticâ febre laboravisse, et etiamnùm laborare./

3°. Audita Relatione ornatissimorum Galliae et Normaniae Procuratorum de vitâ, moribus et peritiâ Guillelmi Maulvault, Carnotensis: Audito Paedagogorum academicorum agente, Audito Meritissimo Syndico, Placuit fieri potestatem Guillelmo Maulvault, aperiendi hac in urbe Paedagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis./

Et ita ab amplissimo Rectore Conclusum est/

Coger Rector.

Mandatum Rectoris.

Nos Franciscus-Maria Coger, Universi Studii Parisiensis Rector, omnibus Univ.tis Doct. Mag. et Scholaribus, Salutem./

Ex quo totâ plaudente Europâ, felicitatemque suam certatim sibi gratulante Galliâ, Borbonio sanguini conjunctus est sanguis austriacus, Germaniaeque fata Galliae fatis sociata, illud in votis habuit Regia Civitas ut praesentem optatissimae Delphinae vultum, quem gratiae serenant, recognosceret, eique tenerrimos affectus suos coram approbaret. Ecce nostris omnium desideriis annuit ultro Princeps ut Augustissima sic benè popularis; et, dum, pro suâ pietate, id ante omnia sibi proponit,

Cum Viagre mens.

1773.

Junio

ut in Sanctissimo Dei-Parae Virginis templo, sacrisque D. Genovefae aedibus, bonorum omnium Largitori Deo preces ac supplicationes offerat, illud etiam mente agitat, ut civis suum in ipsam studium ac admirationem deprimere gestientes benigne conspectui sui libenter recreet, ac benevolentiae singularis pignore pretioso remuneret./.

Nimirum non jam spe ac votis praecipit, verum clarissimam illam diem videre illucescere dulcetior, quae, inter festas et millies iteratas populi voces, Serenissimam Principem, cui fata sortitam quibus majora esse nequeunt, et cum Conjuge, quo nullus Gallorum felicitatis amantior, sua primum ingredientes moenia excipiet. Tot virtutes fama prius celebratas, totque egregia, tam corporis, tum animi ornamenta quam repetitis laudibus praedicabit! quam fausta omnia Dilectissimo Regi, et Regiae Prosapiae apprecabitur! quam ardenta efflagitabit a Deo O. M., ut quas ipse ex augustissimis nuptiis concepimus, ratas ille eas fieri velit!

Hos inter Orientis Lutetiae fremitus, nefas sit Juventutem audaciam ipsi huic jure non exultare, nec omnium Ordinum plausibus, quantum potest esse, suos adjungere. Itaque ut illi dicere sum in eum Principem exercere studia, qui Musarum nuper nobilissimus alumnus et earum Dulcissimae, earum jam se praesidium ac columen professus; simulo omnino nihil, Volumus die Martis octavâ Junii Scholas vacare, ita ut de Solstitii feriis nihil detrahatur.

Datum in aedibus nostris Magistrianis die sabbati quinta mensis Junii anno Dni 1773./

Fourneau
un. Ser.

8 Junii

Die Martis octavâ Junii, Serenissimus Delphinus, et Serenissima Delphina urbem ingressi sunt solemni pompâ, per portam Collegii; ibique ab urbis Praefecto et aedilibus excepti sunt, et sagio more. Inde processerunt, inter ovantium Civium plausus, et tormentorum belli eorum Scopitos, ad Basilicam D. Mariae, ubi, habitâ oratione ab illustrissimo Archi-Episcopo Parisiensi, circumstante toto Venerabilium Canonicorum Capitulo salutati, prioato loco, summâ cum pietate, interfuerunt, quod quidem ab uno è suis factum est. Cum ad aedes D. Genovefae progressi per viam Sancti Jacobaeam, cum progressi aedes Ludovicianas transissent, ad portam Collegii, ab amplissimo Rectore DD. Coger, suis insulis ornato, comitantibus Ornatis Normaniae Provisore et Syndico, salutati sunt. Ubi primum in Rectorem oculos conjecere Augustissimi Conjuges, illico currum jubent sistere. Accedit Rector, brevem quidem, sed ut maxime accommodatam habet Orationculam; quae si placuit Utrique, ut Unanimes in haec verba benevolentiae ac laetitiae plena erumperent, Oui, Monsieur le Recteur, toute notre protection à l'Université./

Ab aedibus San-Genovefanis Regiam regressi, sub horam sextam, ambo Conjuges passibus amanissimis Regios hortos spatiati sunt, inter innumerabilem circumfluentium Civium multitudinem, festas que et millies iteratas plaudentium voces; cumque ipsi praeferrent Majestatem in fronte, et hilaritatem in oculis ac sermonibus, fama sui fructi sunt, candido Gallarum amore, fautricique precationibus/

Fourneau

Junio

Oratio Ampl. Rectoris.

Monseigneur,
Vous voiés se renouveller, en votre faveur, le spectacle attendrissant, dont Notre Auguste Monarque a été plus d'une fois et l'objet et le temoin. Nos fastes en conservent precieusement le souvenir. Vous apperceves jusqu'à quel point la France cherit les Princes dont elle est aimée. Occupé de notre bonheur, vous étudiés, dans le silence, le grand art de perpetuer nos glorieux destins. Ne soiés donc pas surpris de voir tous les cœurs voler au devant de vous, et s'empresser de mettre a vos pieds leurs hommages.

Pour vous, Madame, heritiere des traits, et des vertus d'une grande Princesse, l'admiration de l'Europe, et le Prodige de nos jours, vous retrouvés ici ce qu'elle éprouve elle même dans sa Capitale. Si d'une côté l'Allemagne ne peut rien ajouter aux sentimens qu'elle doit a Marie Therese; la France ne peut porter plus loin le respect et la tendre affection que lui inspirent les dons du Ciel repandus sur votre Auguste personne.

L'Université de Paris, dont le zele pour les Princes remonte jusqu'au berceau de la Monarchie, ose se promettre et votre bienveillance et votre protection.

Fourneau

19. Junii

Anno dñi 1773, die decimanonâ Junii, habita erat Comitia Contracta Universitatis, ad Causas Supplicationes, in Collegio Ludovici Magni.

Primùm in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi Supplicarunt, pro diplomate nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Damianus Le Grand, Presbyter Parisiensis, et Franciscus Rougier, Presbyter Claromontanus. De quibus relatis Syndicus, et visis omnium eorum instrumentis ad hanc Supplicationem requisitis; in quibus nihil desideratur. Audito Syndico placuit, Utroque sua postulata concedi.

Ibidem Sacramentum præstitit Vir honestus Valade, Regius Librarius, à M. Petro-Simone Hardy, uno ex adjunctis rei Librariæ, præconisatus.

Antequam discederetur. Fuit in Salutationem Facultatis Conclusio de Salutatione quam habuit Regius ad Serenissimum Delphinum et Serenissimam Delphinam, quâ, Decano sub nom convocato, parte Laudis defraudata fuisset.

Tum itum est in Comitium, ubi, non habitam ab Ampl.o Rectore Orationem, Theologica, Juridica, et Medica Facultas rata et grata habuerunt quæ gesta Rectore, ita ut tamen Utraque Facultas ordinem Salubérrimum Aggregationum Collegii Regii à ratificabitione exiperent. Fuerat vero Facultas, seu ordo Gallicæ Provinciarum, rulamente nequicquam Rectore, vetuit et deinceps Baccalaureos et Licentiandos ab ampl. Rectore gesta esse: Omnes tamen amplam postulâ Rectorem Comitatum rite procedere ad diem Decembris sub invocatione S. Spiritus.

Comitiis et Supplicationibus frequentes interfuerunt Clarissimi Professores Collegii Regii Francici; Eorumque obtinuerunt à Patribus suis antiquitas occupatum, quod à prescripsum diplomatum Salutationem datarum die 16. Martii anni præsentis, minimum, immediatè post Rectorem et officiarios Majores Universitatis, Syndicum, Scribam et Quæstorem.

Cent trente

Jun 1773. Junio

Pontificem egit M. Negret, Doctor Theol., Domus Sorbonicae Senior. Orationem habuit ad populum M. de Besplas, ejusdem facultatis et domus Doctor: Eucharisticam ad Pontificem, M. Guiot, Rhetorum alter in Mazarinaeo.

Lettre de M. le Controlleur General.
a Paris ce 15. Juin 1773.

La requête qui m'a été addressée, Monsieur, au nom de l'Univ.ce pour demander à être maintenue dans l'exemption du droit de francfiefs, annonce que les titres sur lesquels elle fonde sa reclamation y sont joints. Je n'en ai cepand.t trouvé aucun. Je vous prie en conseq.ce de vouloir bien me les faire passer, pour que je puisse les examiner, et juger si la demande de l'Univ.té est bien ou mal fondée.

Je suis, Monsieur, votre très humble et très obeissant serviteur
Signé Terray. Inscriptio erat, et M. Coger Recteur de l'Univ.té

Fourneau

Anno dni 1773, die vigesimo tertio mensis Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Praeclarae Artium Facultatis generalia. 23. Junii

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt; pro immunitate ab onere scribendi, Paulus Adrianus Gosset, acolythus Lexoviensis, et Ludovicus Loriot, uterque propter rectoris infirmatam, quam pro utroque testatur M. Cosnier, Doctor medicus Parisiensis; Pro reformandis nominibus, Simeon marcus Franciscus Pontgerard, clericus Rhedonaeus, Laurentius Henricus Ludovicus Danjou, Parisinus; Joannes Baptista claudius Berthelot, ut praedictam in ordinem nomina sua restituantur in actis academicis; Petrus Jacobus Clogençon, ~~de~~ Nomen de Letang gentilitio perperam additum deleatur; Bernardus Julien, Vimnensis, et Petrus Colin, ut ne sibi noceat quod pronomina malé addiderint; Pro restituendis vero nominibus, tum idem Gosset, cum Jacobus Joannes Baptista Cuvier, et Michael Josephus Anna Parent, clericus Parisinus, ob gravissimos morbos quo tempore habita est inscriptio: Demum claudius Petrus desfeux, abrincensis, ut biennium Cadomi confectum sibi pro uno anno computetur.

Gosset
Loriot
Pont-gerard
Danjou
Berthelot
Clogençon
Julien
Colin
Cuvier
Parent
desfeux

Praeterea supplex se stetit V. C. M. Petrus Le Monnier, Parisinus, é Regiâ Scientiarum academiâ, Parisiensi, Londinense, Berolinensi, Philosophiae Professor Regius, Sacramentumque praestitit inter manus amplissimi Rectoris.

Tum Lecta est Tabula Magistrorum quos Tribunus praecl.ae artium facultatis designavit Praesides et arbitros Concertationum ad-

Junio

Solemnem praemiorum academicorum distributionem in Comitiis habitis die vigesimâ primâ hujus mensis/

Audito de supplicibus M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Ampl. Rector dimisit nationes, ut deliberarent de supplicibus, Quatuor Viris mane electis, et ratihabitione eorum quae gessit/.

Digressae nationes ac deinde regressae per ornat. Procuratores retulerunt; 1º se indulgere supplicibus. 2º confirmari à se Quatuor viros matutinis horis electos, nimirum, pro honorando Ordine, Mrum Mallet, Doctorem-Aggregatum ad secundum ordinem; pro fidel. M. Binet, Eloquentiae Professorem in Plessaeo, Exprocuratorem; pro Venerando, M. Sonnet, Baccalaureum Theol.; pro Constantissimo, M. Farelly, Virum Procuratorium. 3º de ratihabitione, Picardica et Germanica grata et rata habuere, quaecumque gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decrevere; cum quibus conclusit amplissimus Rector./.

Praeterea utraque Picardica et Germanica, expostulationem habuit, quod in Comitiis Centuriatis Procurator Galliae retulisset nudè Praeclarum artium facultatem silere de iis quae a Rectore gesta sunt; cum utriusque Procurator illa rata et grata haberet; ac petiit, ut si deinceps Nationum Procuratores de rati-habitione abirent in diversas sententias, illas referret Procurator Galliae./.

Natio verò Gallicana per suum Procuratorem dixit, se non omnia rata et grata habere quae gessit ampl. Rector./

Veneranda, scripto mandavit enumerationem eorum, quae ab ampl. Rectore gesta sunt, neque sibi approbantur; eandem vernaculâ linguâ conscriptam tradidit Ornat. suo Procuratori recitandam; ac demum conclusit se nec rata nec grata habere quaecumque gessit in suo trimestri Magistratu, exceptis iis quae sunt juris communis, ideòque litteras commendatitias denegare/. Quo audito, ampl. Rector dixit se Venerandi Ordinis querimoniis responsurum esse in proximis Comitiis/.

Quatuor Viri, praestito inter manus ampl. Rectoris solito Sacramento, conclave ingressi sunt, unde digressi, per Mgrum Mallet retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro amplissimo M. Francisco Mariae Coger Rectori/

Quae prorogatio à tribus nationibus Gallicanâ, Picardicâ et Germanicâ confirmata est. Et ita conclusit ampl. Rector./.

Tabula

Praesidum et Arbitrorum ad Concertationes Academicas

In Rhetoricâ

Praesides. 1º MM. St. Joire et d'Arragon. 2º MM. des Mates et Labour/

Arbitri. 1º MM. Furgault, Kervelle, Le Bet, Maltor/

2º MM. Lambert, Le Roy, Gardin, de Lisle/.

1773. Junio

In secundo Ordine /

Præsides, MM. Dair Major, et Aubry /

Arbitri. 1e MM. Lowck, Jaquin, L'homond et charbonnet /

2i MM. heriçausse, Leveque, Le Vasseur, Dupuy /

In tertio Ordine /

Præsides. MM. Moyse et Dinard /

Arbitri. 1e MM. Dinet, Le Seigneur, huüy, Maillard /

2e MM. Vicaire, Guerder, Coston, Dupont /

In quarto ordine /

Præsides. MM. Tregeer et Labours /

Arbitri, MM. Mouton, Noguette, Patin, Ruiriette /

In quinto Ordine /

Præsides, MM. Samson et Caboche /

Arbitri. MM. Boutillier, Dair 2us, Deusecq, Maraugnel /

In Sexto Ordine /

Præsides. MM. Cafaxe et Bergeron /

Arbitri. MM. Dubosc, Delaunef 2us, Potel, Rousel /

Fouriveau
un. Sor.

Extractum é Commentariis Gen.lis Nationis

La nation de Normandie toujours attentive à ce qui peut blesser les droits, l'honneur et la liberté de l'Univ.té et de chacune de ses Compagnies, le respect dû à la famille Royale, et au texte des Livres Saints -

Et considerant que le Recteur est le chef et l'organe de l'Univ.té et non son Maitre; qu'il ne peut agir et parler, que suiv.t les desirs de l'Un.té et conformem.t à ses deliberations, auxquelles il doit subordonner sa saçon de penser particuliere; que les deliberations des compagnies la forme suiv.t laquelle elles s'y procedent, et les Chefs qui les repres.entent sont egalem.t respectables pour lui; que ce qui reste au Tribunal de son ancienne Juridiction est trop precieux pour ne pas faire les efforts pour le conserver, autrem.t de fournir des Sujets de l'aneantir totalem.t. -

Declare; qu'elle approuve, d'une voix unanime et avec remercîmens, le Silence que son Procureur a gardé sur la demande que M. Le Recteur, avant la derniere procession, a fait à la Faculté des Arts, de ratifier les actes de son Trimestre; qu'elle ne peut approuver -

1e que M. Le Recteur ait remis et signé un proces verbal de l'assemblée des Nations du 10. Fev. dernier, lequel se trouve n'etre pas entierem.t conforme aux deliberations de chaque Nation, et est redigé d'une maniere insolite et capable de faire illusion /

2e qu'après toutes les demarches que l'Université et M. Le Recteur en particulier ont faites pour empecher l'aggregation du Col. Royal, et tandis que quatre des Sept Compagnies ont formé opposition au Parlem.t à l'enregistrem.t des Lett. Patentes qui a donné telle aggreg.on, dont l'enregistrem.t n'a été fait au Tribunal que par respect et -

obeissance, et sous les reserves de droit. M. Le Recteur se repende en toute occasion, en éloges outrés et deplacés de cette aggregation./.

3°. que M. Le Recteur se soit servi en plein Tribunal de termes au-moins peu mesurés à l'égard de M. Le Procureur de la Nation de France, qui la representoit./.

affligée de ce que M. Le Recteur n'aiant pas communiqué à l'Unté son projet de complimenter M. Le Dauphin et Madame La Dauphine, Le Tribunal n'a pu se joindre à lui, pour leur présenter les voeux de l'Unté pour la conservation de deux têtes aussi precieuses à la France, et leur temoigner les sentimens de respect et d'amour, dont l'Univte et la Nat. de Normdie en particulier sont penetrés pour leur personne: Elle loüe le zele qui a conduit M. Le Recteur sur le passage de Monsieur le Dauphin et de Madame La Dauphine; mais Elle desapprouve que M. Le Recteur n'ait pas fait cette demarche d'une maniere plus conforme au respect du à la famille Royale, et à la dignité de l'Unté, et qu'il se soit presenté en petit habit, et n'aiant pas avec lui tout le cortege academique, composé des chefs de toutes les compagnies, de leurs adjoints et de leurs appartenans./.

Ne pouvant revenir de l'etonnemt. ou elle a été en entendant dans la derniere assemblée generale de l'Unté, M. Le Recteur faire l'application au Col. Royal des propheties d'Isaïe, Elle demande qu'il en soit deliberé dans l'Université.

Itaque nec grata nec grata habet quaecumque gessit in suo trimestri Magistratu, exceptis iis quae sunt juris communis; ideoque litteras commendatitias denegat.

Supplicibus omnibus indulget, excepto eo qui testimonium Doctoris medici Parisiensis non protulit.

Confirmat in Quadrum-Virum M. Sonnet, Bac. Th. horis Matutinis electum. Signatum Louvet./ Ven. nat. Procurator./

Fourneau

25. Junii

Anno dni 1773, die vigesimâ quintâ Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Praeclarae artium Facultatis./.

Dixit amplissimus Rector convocata à se fuisse hodierna Comitia, in quibus singuli Procuratores referrent nationum suarum sententias. 1°. de iis quae praefati Procuratores, pro suis nationibus voluerunt inscribi in processu verbali per scribam conscripto quâ die summa centum et viginti millium Libellarum M. Doillot, Collegii Regii sequestro annumerata est, 2°. de administratione Domorum Cholletaearum./.

Ad primum, singuli Procuratores retulerunt, quae dictâ die à se acta sunt fuisse à suis ordinibus approbata; Auditoque Syndico, placuit, 1°. singulorum Procuratorum relationem gallico idiomate ad calcem dicti processus verbalis describi, et ab iisdem subsignari. 2°. Processum ipsum verbalem in Tabulario Universitatis deponi, ejusdemque exemplar rite collatum et subscriptum ab academico scribâ tradi inter manus Ornatissimorum Procuratorum./.

2°. De administratione Domorum Choletaearum./.

Cent trente Deux et dernier.

1773. Junio

Dixit Galliæ Procurator, bina Comitia hanc in rem habita fuisse ab honorando ordine. In præribus, die 21. hujus mensis, dictum esse, administrationem domorum Choletæarum pertinere, non ad solos Gymnasiarchas et Professores, sed ad nationes ex quibus constat præclara Artium Facultas, cui dominium Domorum Choletæarum à Rege concessum est. In posterioribus verò, die 23°, administrationem domorum Choletæarum non esse faciendam per Tribunale præclaræ Artium Facultatis, sed per consilium Œconomicum, constans ex Rectore, Procuratoribus nationum et binis ex unâquâque Natione inter Gymnasiarchas et Professores selectis, qui gauderent jure suffragii./.

Procurator Picardiæ fidelissimi ordinis sententiam esse, administrationem Domorum Choletæarum esse pœnès Tribunal præcl.æ Artium Facultatis, in quo binî antiquiores jure suffragii gauderent./.

Procurator Normaniæ, se nihil habere quod referret, donec Ampl. Rector rescripserit Epistolæ ad se à Venerando ordine hanc in rem datæ./.

Procurator Germaniæ sui ordinis sententiam esse, quod administratio domorum Choletæarum retinenda sit à Tribunali Præcl.æ Artium Facultatis, quâ ratione id à Rege præscriptum est, die 12.ª Februarii 1772./.

Auditâ singulorum Procuratorum relatione; audito Syndico, Ampl. Rector conclusit. 1° Cum Tribus Nationibus, Gallicanâ, Picardicâ et Germanicâ, administrationem domorum Choletæarum pertinere, non ad solos Gymnasiarchas et Professores, sed ad Universam Præclaram Artium Facultatem, cui à Rege concessum et donatum est earum dominium, ut reditus Gymnasiarchis et Professoribus distribuantur. 2° Cum Picardicâ et Germanicâ, administrationem prædictam domorum Choletæarum esse continuandam, qualem Rex optimus illam instituit, per Tribunal Præclaræ Artium Facultatis. 3° Cum Gallicanâ et Picardicâ, jus suffragii tribuendum esse binis antiquioribus ex unâquâque Natione./.

Posteà M. Le Bel dixit, sibi esse præ manibus summam plusquàm 9000.tt ex reditibus Choletæis; petiitque an placeret, proximo trimestri Julio, singulis Gymnasiarchis et Professoribus distribui summam 50.tt, idest, summatim 6350.tt Audito Syndico, Placuit, distribui singulis Gymnasiarchis et Professoribus, proximo trimestri Julio, summam 50.tt ex reditibus Choletæis./.

Demum petiit M. Le Bel, aliquid statui de reparationibus domorum præd. continuandis. Audito Syndico, Placuit reparationes domorum Choletæarum continuari; ut tamen non fierent, nisi quæ essent certæ et argentis necessitatis. Et ita ab Ampl. Rectore conclusum est./.

30. Junii

Anno dni 1773, die trigesimo mensis Junii, habita sunt, in aulâ Academicâ Collegii Ludovici Magni, Comitia extra-ordinaria Præclaræ artium facultatis, ab amplissimo Rectore, per schedulas pridiè datas, convocata.

Quòd in Comitiis ordinariis Deputatorum die 5ª præsentis Junii habitis, aliqua exorta est controversia amplissimum Deputatorum inter et nonn. Gallicæ Procuratorem, utrum hinc et indè observaretur honos Rectoriæ et Procuratoriæ dignitati debitus.

Quòd in Comitiis Cantuariatis Univtis die 19. ejusd. Mensis, Cooptationem Regii Franciæ Collegii in gremium Universitatis laudavit et approbavit; atque hanc in rem verbis Isaiæ usus est, Veniunt ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum qui detrahebant tibi &c.

Quòd denique in Comitiis generalibus præclaræ artium facultatis die vigesimâ tertiâ ejusdem mensis habitis, honor. Gallorum natio et Veneranda Normanorum per procuratores suos retulerunt, à se rato et grata non haberi quæcumque gessit ampl. Rector: imo hæc declarare à se non probari, Sessionum verbalem Comitiorum diei decimæ Februarii proximè elapsi habitarum; Laudationem Cooptationis Collegii Regii in Universitatem; Salutationem Serenissimo Delphino et Serenissimæ Delphinæ, per viam sancti Jacobæum transeuntibus, ab ampl. Rectore factam, minoribus infalis instructo, et sine solito Deputatorum Universitatis comitatu: ac demum Isaiæ verba ad Professores Regios et Universitatem accommodata.

Ampl. Rector, ne quid ab ejusmodi reprehensionibus detrimenti caperet quò insignitur Dignitas, quatuor Nationes congregatas esse, solvit, suam ejusmodi querimoniarum contestationem audituras.

Itaque, præfabita brevi sed eleganti oratiuncula de summis viris quibus ea damnare et amissa restituere contigit, singula dicta reprehensionis capita vernaculo idiomate ita exposuit ac diluit, ne aliis voluptatem aliis pudorem inferret.

Cum autem plerique separatim, amplissimum Rectorem, postquam dicendi finem fecisset, Nationibus dimissum esse, seditè deliberaturi de iis quæ audivissent; è suggesto descendit habito, solvit Comitantiâ, et in suam Magistratuum, non sine aliquo Virorum admirantium stupore redit.

Orationem hoc in rerum circumstantiis ab amplissimo Rectore latinè habitam legere est ad finem præsentis anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE
BUREAU DES ARCHIVES

Fournier


ARCHIVES
52